


## Alysson Galeni.



b 2

*Marrubio* similia, breuiora tamen & crispiora, magisq<sup>3</sup> incana, inodora, & amara: calyculi per interualla verticillatim ramos ambiunt, quinq<sup>3</sup> plerunq<sup>3</sup> aculeis horridi, candidi, è quibus *Marruby* flos exilit, sed colore ex caeruleo purpurascente: semen in aculeatis calyculis subrusum, *Marrubio* simile continetur: radix dura, lignosa, multifida.

Vno duntaxat loco per Hispanias hanc plantam inueni (tametsi non dubitem pluribus nasci) ad Elda videlicet pagum, in coemeterio, quo cenotaphia plurima Arabicis literis sculpta videre licet, Valentino regno, septem sub *Horiniela*, *Orceli* veteribus dicta, miliaribus, florentemq<sup>3</sup> & semine pregnantem medio Martio. Semine, quod inde detuli, nobis postea nata est, & sua sponte ex semine deciduo singulis annis se ferens, quibusdam Belgij hortis adhuc conspicitur: videtur autem annua aut biennialis.

CÆTERVM primo intuitu *Marrubium* esse censebam, donec, & aculeati calyculi, & flos ipse mihi in memoriam reuocarent *Alysson* quod Galenus lib. 2. de Art. tid. tis in hunc modum describit: *Alyssum* herba est *Marrubio* adsimilis, asperior tamen, & magis aculeata circa orbiculos: florem ad caeruleum vergentem profert, &c.

Nominis autem rationem, atq<sup>3</sup> etiam facultates ipsius, libro 6. de simp. med. refert. Nuncupata est hæc herba ἀλωσσον, quòd mirificè iuuet demorsos à cane rabido. Sed & rabienti quoq<sup>3</sup> data, sæpè in totum sanauit: atque hoc ex totius substantiæ similitudine efficit. Dictumq<sup>3</sup> prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & planè nulla constare methodo. Quòd si quis ad multa experiatur, cognosceret facultatem habere mediocriter siccificam, & digerentem, cum hoc vt absterforium.

forium nonnihil etiam obtineat. Hac ratione & vitiliginem, & maculas faciei à sole prognatas expurgat. Hæc Galenus.

PAVSANIAS in Arcadicis eandem etiam nominis rationem assignat Alyſſo: sic etiam Plinius, cuius tamen Alyſſon ab isto longè diuerſum est.

## De Sideritide Heraclea.

## CAP. LII.

LONGIORE est quam Marrubium folio, satis ad Sideritis  
Heraclea.  
Salvia folium accedente, minore tamen, querni ferè folij diuisura, scabro, hirsuto, nec iniucundi gustus & odoris: caules fundit quadratos, palmum sæpius excedentes, duros, hirsutos item & candicantes, interdum procumbentes, quorum summitates per intervalla verticillati orbis coronant, vt in Marrubio videre licet, in quibus flos Lamij, minor, & ex candido interdum purpurascens, quo euanescente semen in calyculis nigricans reperitur: radix dura, lignosa & perennis.

Nusquam ferè non occurrit hæc arido & petroso solo, per Hispanias, Gallias, Germaniam, floretq; æstate, & quibusdam etiam locis in autumnum vsq; florens spectatur.

DICITVR Græcis σιδερίτις ἢ ἡράκλεια, Latinis σιδερίτις.  
etiam Sideritis, vulgo herbariorum cum in Hispaniis Tetrahil.  
Herba Iudaica.  
tum in Gallia, Tetrahil, & Herba Iudaica.

Fluita folia, referente Dioscoride, suapte vi, vulnera sine inflammationis periculo iungunt.

## Sideritis Heraclea.



## De Ocymastro Valentino.

## CAP. LIII.

PEDALI est altitudine, ramis quadrangulis, hirsutis; foliis per singula genicula ex aduerso sitis, Ocymi magnitudine & forma, gustu adstringentibus: circa summos ramos flores proueniunt orbiculatim compositi Marrubij modo, candidi, Ocymi floribus similes in vasculis pungentibus: semine Marrubij nigro: radix Vrtica aut Lamij emula.

Ocymastrū  
Valentinum

Prouenit copiosè circa riuos ex flumine ductos ad urbem Valentiam in Hispaniis, ubi eam initio Aprilis florentem & semine pregnantem obseruari, nec usquam alibi.

ISTIC Ocymastrum appellabant, tamen si non admodum exactè Dioscoridis descriptioni conueniat.

PORRO ἀκυμοειδῆ, quod quidam φιλταλείον <sup>ἀκυμοειδῆς.</sup> <sup>φιλταλείον.</sup> cognominant, semen in vino potum, uiperarum, ceterarumq; serpentium morsibus medetur, ut testatur Dioscorides: & cum melle, vino, myrrha, & pipere ischiadicis datur.

## Ocymastrum Valentinum.



## De Heliotropio lupino.

## CAP. LIIII.

MAIORI Heliotropio perquam simile est, minus <sup>Heliotropiū lupinum.</sup> tamen: etenim ramulos fert graciliores, multis alis concavos, aliquantum lanuginosos, humi stratos: folia maiori, cum sapore, tum colore & forma similia, minora tamen, & Ocymi foliis proxima: extremi ramuli scorpionis cauda modo etiam incurvantur, eisq; ordine insident, vti in maiore, flosculi candidi, quibus succedit semen, non quadrifariā vti in altero diuisum, aut quaterna semina iuncta, sed vnicum serè semper, quandoq; geminum, illo maius & oblongius, fuscumq;, cortice quodam & veluti pericarpio inclusum: latent etiam interdum pedicelli cum tribus aut quatuor seminibus dūtaxat: radix parua, foris nigricans hyeme perit & semine deciduo singulis annis renascitur.

In marginibus quorundam agrorum, præsertim vbi Melopepones seri solent Salmantica reperitur. Floret sub finem Iulij & Augusto, quo mense, & interdum Septembri semen perficit.

EST proculdubio Heliotropij maioris genus, tametsi nonnulli cerebrosius asserere vellēt Heliotropium minus esse. Græci σκορπίουρον, quod ramuli cum floribus <sup>σκορπίουρον.</sup> scorpionum cauda modo inflectantur, & ἡλιοτρόπιον, <sup>ἡλιοτρόπιον.</sup> quod eius folia cum sole circumagantur, appellant. Plinius etiam Helioscopium vocat & Verrucariam. <sup>Verrucaria.</sup>

CÆTERVM, vt eiusdem cum maiore est temperamentum, isdem etiam viribus pollere verisimile est.

## Heliotropium supinum.





## De Heliotropio minore tricocco.

## CAP. LV.

HELIOTROPIUM hoc unico assurgit caule, pe- Heliotropiū  
tricoccum.  
dali, multis ramis brachiato: folia superioribus hanc  
similia, sed ad Xanthij nonnihil, Solani verò somniferi  
folia plurimum accedunt, mollia & candicantia: flos  
exiguus, racematim compactus, luteolus, inutilis, quip-  
pe qui sine semine perit, uti flos Ricini & quarundam  
aliarum plantarum quæ semina sua non e floribus pro-  
ferunt: ex alarum tamen cauis dependent e longis pedi-  
culis, & foliis quasi occultantur sine flore enata siliqua  
triangula uti Tithymalorum, sed asperiuscula, scabra  
& nigricantes, in quibus semen cinerei coloris, quod de-  
hiscentibus siliquulis exilit, uti Tithymalorum & Ri-  
cini semina: hæ siliquæ pannis affricatæ viuaci viridiq;  
eos insciant colore, qui temporis momento in caruleum  
elegantemq; mutatur colorem: radix inutilis & mini-  
mè viuax: etenim singulis annis, uti superior, ex semi-  
nere nascitur noua planta.

Salmanticensi agro frequentissima est hæc planta,  
multisq; aliis reliquis Hispaniæ locis & in Narbonensi  
Gallia nascitur copiosè. Iulio & Augusto floret, &  
subinde semen ad maturitatem perducit. Nobis in Bel-  
gio sæpius sata & aliquoties nata, ad frugem nunquam  
peruenit.

Ἡλιοτρόπιον μικρὸν Grecis, Heliotropium minus Lati- Ἡλιοτρόπιον  
μικρὸν.  
Tricoccum.  
nis dicitur: Plinio etiam Tricoccum, qui eius historiã  
cum Scorpioidæ Dioscoridis cõfundit: Castellanis Tor-  
nasol, Narbonensibus Tornesola: quæ voces à Greco no-  
mine deductæ videntur.

DIOSCORIDES ait herbam cum suo semine po-  
tam, adiecto nitro, hyssopo, nasturtio & aqua, latas ti-  
neas

*Heliotropium tricoccum.*

neas teretesq; excutere: pensiles verrucas, quæ acrochor-  
dones vocantur, cum sale illitam tollere.

## De Phyllo. CAP. LVI.

PHYLLVM duplex est veteribus, qui tamen in  
eius descriptione differre videtur: Namq; quod Theo-  
phrastus marificum facit, id Dioscoridis feminificum  
videtur. Præterea Theophrastus Phyllo Ocyimi folia tri-  
buit, Dioscorides Olea. Nos ex ipsis veris plantis quas  
frequenter vidimus & collegimus, utriusq; descriptio-  
nem concinnabimus.

MARIFICVM (Theophrasti enim sententiam I.  
potius sequemur) pedali plerunq; interdum cubitali Phyllum  
est caule, quadrangulo, lignoso, ramoso: folia illi Olea, matificum.  
seu verius Zizipha Cappadocica, incana, lanuginosa,  
mollia, bina semper certo ordine & per intervalla (vt in  
omnibus fere quadrangulari caule plantis) disposita,  
acidi & salsi gustus: inter quæ iuxta ramulos, nascuntur  
bini globuli vni & eidem pediculo inherentes, vt in Mer-  
curiali mare, vel, vt Theophrastus ait, fructus sicut oli-  
ua cum primum ex musco, siue flore, emergit, geminus,  
modo testiculi hominis, quo continetur semen Tithy-  
mali rotundum, cinerei coloris, quod tandem ad cya-  
neum tendit: radix minimi interdum digiti crassitudi-  
ne & longitudine, dura, lignosa, candida, & multifida.

FEMINIFICVM, quod Dioscoridis est Marifi- II.  
cum, superiori omnino simile est: altius tamen plerunq; Phyllum fe-  
at tollitur, licet infirmioribus caulibus, & numerosiora minificum.  
habet folia: præterea oblongis tenuibusq; inter folia pe-  
diculis flos olea modo muscosus & ex herbaceo pallescē-  
tis coloris insidet (quem in priore vix observare licet,  
fructu statim ex alarum cauis enascente) semenq; raro  
admodum.

Phyllum marificum.



## Phyllon feminificum.



admodum perficit, quod globulis etiam nunc binis nunc pluribus eidem pediculo insidentibus continetur. Puto tamen ex prioris semine utrumque planta genus nasci, quemadmodum in Mercuriali, Spinachis, Cannabi, aliisque nonnullis plantis accidit.

Utraque autem calidis regionibus, ubi sponte nascitur, tota incana est, & quodammodo tomenticia, minoribusque multo foliis, quam in frigidioribus ubi raro perennat. Illud etiam ei commune cum Mercuriali, Cynocrambe, & Heliotropio minori, ut erant radices temporis successu caruleum colorem contrahant.

Nascitur utraque multis Hispania & Gallia Narbonensis locis secundum vias, ubi Aprili, interdum maturius floret. In Belgio vero non nisi astate: & singulis annis ex semine deciduo germinat apud nonnullos rei herbaria studiosos.

φύλλον.  
ἐλαίόφυλλον.  
ἀρρηνογόρον.  
ἑπλυγόρον.

NOMEN Gracum huic planta est φύλλον & ἐλαίόφυλλον, Latinum Phyllum: & primum genus ἀρρηνογόρον; alterum ἑπλυγόρον Theophrasto: contra vero Dioscoridi, uti diximus. Hispani agro Salmanticensi utramque vocant Yerua de S. Guiteria, Granatenses vero cartta.

Arrhenogoni potu masculi sexus fieri partus, ut Thelygoni feminei, Theophrastus & Dioscorides scriptum reliquere. Salmanticenses utriusque decoctum omnibus animalibus a canerabido demorsis propinat, magno successu, ut inquit. Granatensibus vero, Mauritaniis praesertim, ad muliebres morbos magno in usu est.

### De Mandragora femina.

CAP. LVII.

Mandragora femina.

MANDRAGORÆ Feminae folia angustiora sunt & minora, atque nigriora quam mari, rugosa etiam illa crispaque;

crispaq̄, virosa ac graueolentia, & humi expansa: inter  
 qua pediculi oblongi exiliunt per terram strati, quibus  
 insident flores. *Melopeponum* forma similes, sed colore  
 ex ceruleo purpurascete: deinde fructus non in pyri mo-  
 dum turbinatus, sed rotundus, *Vesicaria* fructu triplo  
 maior, per initia viridis, ubi verò maturuit, ex luteo  
 pallescens, odoratus, intus succi plenus, & semine (vt in  
 mare) plano, sed minore nigrioreq̄: radix pedali aut  
 ampliore longitudine, interdum bifida, cui aliquot fi-  
 bra adnascuntur, foris fusca, intus verò alba.

Supra Gades, itinere Hispalensi non procul Xerez  
 de la frontera vrbe dicta, ad aruorum margines qua se-  
 cundum flumina sunt, & quibusdam aliis *Batica* locis  
 vliginosis florentem obseruavi initio Februarij ante no-  
 uem annos: & paulo post, eodem videlicet mense, fru-  
 ctum maturum collegi inter Calpen & Malacam,  
 nimirum toto illo maritimo tractu supra fretum Hercu-  
 leum ad meridiem conuerso, & admodum aprico pro-  
 pter montes vno aut altero miliari à mari distantes, qui  
 in mediterraneis vsq̄ ad fretum continua serie produ-  
 cuntur. In Belgio nunquam vidisse memini, neq̄ ex se-  
 mine quod ex Hispaniis detuli germinare vnquam  
 voluit.

*Mandragoras* *μέλας* Græcis dicitur, & *δεύραξ* à *δύραξ* μάραξ  
 liorum *Lactuce* similitudine: Latinis *Mandragoras* μάραξ  
 niger & femina. δεύραξ

HABET *Mandragoras*, vt scripsit Galenus lib. 7.  
*Simplic.* vincentem facultatem refrigeratoriam, adeo  
 vt tertij sit ordinis refrigerantium: in pomis nonnihil  
 caloris & humiditatis inesse ait, proinde soporem con-  
 ciliandi vim habere: & radicis corticem, cum sit valen-  
 tissimus, non tantum refrigerare, sed & desiccare.

c

De Solano

## De Solano somnifero.

CAP. LVIII.

Solanum  
sommiferum

HVIC Solano plures ex eadem radice prodeunt caules cubitales aut ampliores, satis crassi, rotundi, in aliquot ramos candicantes & lanuginosos diuisi: folia numerosa, bina semper inter se opposita, mali cotonei foliis similia, densa, mollia, lanuginosa, & gustu aliquantulum calida: flores terni aut quaterni inter folia, pallidi, oblongiusculi, quadrifariam diuisi, caules ambiunt, quibus succedunt acini in folliculis hirsutis, per maturitatem nunc rubri, nunc ex rubro crocei: radix subest longa, crassa, dura, foris colore fusco.

Nascentem vidi hanc plantam Malaca, quae urbs est ad mare Mediterraneum sita, vulgò Malaga, in arce, inferiore loco petroso & inter rudera: florentemq; & semine maturo praeitam Februario. Istic multos annos durat; apud nos verò singulis annis serenda est, neq; ad frugem peruenit, neq; hyemem ferre potis est.

σπύχρονον  
πικρόν.  
ἀλικάκαβον.

Dioscorides σπύχρονον πικρόν & ἀλικάκαβον appellat: Theophrastus σπύχρονον πικρόν: Latini Solanum Somniferum. Plinius etiam Halicacabum vocat & Morion. Malacenses Orualé.

Morion.

RADICIS cortex, teste Dioscoride, in vino drachma pondere potus, somnificam vim habet Papaueris succo mitiorem, & eius fructus vehementer urinam cit. Verim, ut rectè Plinius, auxilia eius non sunt tanti, ut iis commemorandis diutius inherendum sit, praesertim tanta copia innoxiorum.

De Papa-



## De Papauere corniculato.

## CAP. LIX.

PRÆTER vulgare corniculatum Papauer, quod flore est luteo, duo alia genera obseruantur.

VNUM folio est Eruca modo laciniato & altè inciso, I I. Papauer cot-  
vulgari minore & tenuiore, neq; adè candicante, sed niculatum  
hirsuto: caules interdum vulgari non minores, tenerio- alterum.  
res tamen, & graciliores, & procumbentes: flores etiã  
minores interdum intenso colore rubent, interdum lan-  
guidiore (præsertim in eo genere quod per omnia tene-  
rius est & minus) nonnunquam etiam pallido sunt colo-  
re, mediis foliis ad phœniceum tendentibus, qualis ferè  
in Adonidis flore conspicitur: cornicula prælonga qui-  
bus veluti opercula quadam latiuscula insident, semen  
in his nigrum Papauere maius, radix oblonga, candi-  
cans, sed quæ apud nos hyemem non fert: imo etiam ubi  
sponte nascitur, perennem esse non arbitror.

Nascitur id agro Salmanticèsi iuxta vias, & agro-  
rum margines, floretq; istic Junio, semen verò Julio pro-  
fert. In Belgio satum, non nisi Augusto & Septembri  
floret, interdum etiam seriùs, nec nisi altero à satu anno  
plerunq; minimè autem croceo succo turget hæc planta,  
vt quidam putauère. Sed Viennensi etiam agro spontè  
nascitur inter auenas, præsertim quæ secundum vias sa-  
te sunt, genus illud quod florem habet pallidum &  
phœniceum.

ALTERI folia sunt multò minora & teneriora, eaq; III. Papauer cot-  
minutim admodum dissecta, neq; candicantia, sed vi- niculatum  
ridia: cauliculi tenelli & subhirsuti: flos superiori non tertium.  
minor, cerulei ex purpureo coloris exaturati, & nigra  
viole æmuli, fugax admodum & qui leuissima aura ex-  
cutitur: huic succedunt cornicula digitali duntaxat  
c 2 longitu-

Papauer corniculatum alterum.



## Papauer corniculatum tertium.



longitudine, plerumque etiam breuiore, exilia, duriuscula, rigidiusq, hirsuta, in quibus continetur semen exi-  
le admodum, colore ex cinereo nigricante: radix tenuis  
est & inutilis, nec supra annum durat.

Inuenitur hoc multis Hispania locis, sed non nisi  
inter segetes: & Maio mense floret. Apud nos multo  
serius, quod tarde admodum germinet: in nonnullis ta-  
men hortis sese semine propagat: sed in totum multo mi-  
nus & tenerius, quam vbi sponte nascitur. quod contra  
euenire solet in reliquis plantis inde ad nos delatis, que  
plerunq, ob multi alimenti copiam frigidiore nimirum  
calo, & humidioro solo admodum adolefcunt. Collegi  
etiam olim agro Narbonensi inter auenas non procul  
Latera, secundum flumen Ledum.

ῥαῖον κακο-  
τάτης.

GRÆCIS, vti & vulgare, ῥαῖον κακοτάτης, Lati-  
nis Papauer corniculatum dicitur. Nomen vulgare  
prioris non audiui: sed alterum genu: quod flore est vio-  
laceo, Castellani Roletta, nonnulli Amapolas mora-  
das, id est, Papauer flore purpureo à succi mororum  
colore: etenim Papauer erraticum Hispani Amapolas  
vocant. Compeliani meo tempore inter Anemones  
referebant.

De Hypecoo. CAP. LX.

Hypecoon.

HVIC folia sunt multis incisuris diuisa, figura, co-  
lore, & aspectu Ruta admodum similia, molliora ta-  
men, & interdum longiora: cauliculis aliquot, qui in  
multos ramulos diuisi, floribus pusillis onusti sunt lu-  
teis, odoratis, senis foliis constantibus, sed mirabili figu-  
ra, & à reliquis floribus diuersa: namq, duo folia ma-  
iuscula sunt, neruumq, viridem foris extrema parte,  
qua obtusior est & veluti compressa, habent, reliqua  
intermedia

## Hypecoon.



intermedia perexigua sunt: cornicula succedunt in singulis ramulis quaterna aut plura oblonga, plana, articulata, & falcis modo recurua: semen in singulis nigricans & oblongum, quod difficulter admodum eximitur: radix singularis, sublutea, interdum bifida. Planta annua est, & ingrati admodum saporis.

Primum istam plantam obseruavi supra Nemausum in Gallia Narbonensi, inter Aimargues & Vouer Arelatensi itinere: deinde inter segetes copiosam agro Salmanticensi, & tota Castella, Granatensi item Murcianog<sub>3</sub> regno. Floret Martio & Aprili, semen Maio maturescit. Apud nos sata prouenit, sed longè tenerior etiam, quàm iis locis ubi spontè nascitur, tum serius floret: semen tamen eius plerunq<sub>3</sub> maturescit.

CVM primum hanc plantam obseruarem, ilico mihi visa est plurimum ad Hypecoi historiam accedere, quod Græcis ὑπὸ κροῦ & ὑπὸ βροῦ dicitur. Non desunt tamen qui ad Cuminum siluestre alterum Dioscoridi descriptum referre malint, licet facultates sint dissimiles. Vocatur autem hæc Granatensibus & Murcia- nis çadorija.

DIOSCORIDI, Plinio, Galeno, natura eius eadem quæ papaueris succo.

### De Brassica campestri.

#### CAP. LXI.

Brassica cæ-  
pestris. 1. PEDALES habet hæc planta caules, candicantes, rotundos, aliquot ramis præditos, folia per interualla, Perfoliata similia ferè, candicantia, colore Brassica, gustu feruido, caulemq<sub>3</sub> sic amplectentia, vt tenella planta plurimum ad Perfoliatam accedant: ramuli exèunt è singulis alis tenues, quibus insident aliquot flores candidi

ὑπὸ κροῦ.  
ὑπὸ βροῦ.

*Brassica campestris* 1.



didi Brassica floribus similes, deinde cornicula, siue filiqua oblonga quadrangula, in quibus continetur semen minutum.

2. ALIUD eius genus firmioribus virgis, neq; aded ramosis, cuius folia in summo aliquantulum serrata, & calida etiam vt alia gustus: flores priori similes, maiores, Leucocy aut Viola matronalis amuli, purpurei & Bolbonac floribus non absimiles. Vtriusque radix licet dura fibrosaq; & candida, annua tamen est.

Plurima regno Murciano ad Eliocrotam urbem, vulgò Lorca, in agris & iuxta vias nascitur. Floret Martio. Primum genus agro Viennensi etiam frequens in agris.

INCOLÆ Hispani Collejon appellant, quasi Brassiculam dicas. Sicut qui Brassicam semine quadrangula vocent: posset etiam Brassica campestris nuncupari. Eius acrimonia proximè ad Brassica facultates hanc plantam accedere indicio est.

### De Cerinthe quorundam.

#### CAP. LXII.

- I. QUATVOR aut quinq; interdum sunt rami huic Cerinthe quorundam planta ab ipso caule secundum radicem exeuntes, rotundi, succulenti, nonnunquam cubitales, quos amplectuntur numerosa folia, oblonga, cuspidè obtusa, & circa pediculum latiora, viridia & quasi cerulea, maculis candidis aspersa & nonnihil hirsuta: ex foliorum sinu ramuli alij nascuntur Heliotropij maioris modo sese in torquentes pleni florum secundum ramulorum longitudinem dispositorum, oblongorum concavorum, media & extrema parte luteorum, altera qua ramulis inherent, ex rubro purpureorum, interdum etiam omnino luteorum,



## Cerinthe quorundam.



*luteorum, quibus apes admodum delectantur: quibus deciditibus duo plerumq; in eodem calyculo semina conspiciuntur erui magnitudine, nigra, seminis Echii, aut Ciceris arietini forma: radix alba, oblonga, & satis crassa.*

*Nascitur ea nonnullis Lusitania locis, sed copiose per totam Baticam: & floret primo vere & Martio: apud nos serius multo, & singulis annis perit, ex semine deciduore nascens.*

- II. *ALIA est eiusdem generis, sed minor & tenerior, gracilioribusq; ramis & flexibilioribus, quibus multi insident flores superiori longè minores, & extrema parte denticulati, lutei omnino: quibus succedit semen alteri simile, sed minus.*

*In Belgicis hortis alitur vnà cum superiore: eodemq; tempore floret: nec antè spontè nascentem conspexeram, quam in Austriam venirem, ubi, atq; etiam in Stiria, copiose nascitur, hyeme interdum virens.*

*DE huius nomenclatura varia sunt inter Neotericos sententia: Nam alij Cerinthen esse volunt, ea ratione ni fallor ducti, quod apibus grata sit, quod de Cerinthe & testatur Virgilius in Georgicis, & Plinius lib. 21. cap. 12. Vulgus herbariorum etiam Memitham magno errore vocauit: etenim Memitha Arabum nihil aliud est quam Glaucium Græcorum. Nec desunt qui Maru siue Almaru Auicenna libro 2. tractatu 2. descriptum putent, præsertim tertiam eius speciem: qua, ut verum fatear, nihil videtur Auicenna aliud describere, quam vulgare nostrum Buglossum aut Borraginem: quibus hanc nostram temperamento proximam existimo.*

Memitha.

Maru.

De Alsine

## De Alfine repente.


## CAP. LXIII.

SARMENTIS veriùs quàm caulibus iisq̄, nume- Alfine repēs;  
 rosus hæc planta est prædita, geniculatis, flexibilibus,  
 altitudinem humanam plerunq̄, superantibus, præfer-  
 tim si frutices quos scandere possit vicini adsint, alioqui  
 propter infirmitatem humi diffusis: bina in singulis ge-  
 niculis & internodiis folia ex aduerso sita, Alfines vul-  
 garis foliis figura & colore similia, sed longè maiora, &  
 ad Helxines magnitudinem accedentia, mollia: flores  
 ex calycibus seu folliculis prodeuntes ex herbaceo candi-  
 di sex foliis constant, quibus succedunt acini Piperis  
 nigri magnitudine folliculo illo inclusi, initio virides  
 per maturitatem nigri, semine exiguo, & plano pleni:  
 radix candida, fibrosa admodum, longa & sarmenti-  
 cia: quæ singulis annis novos caules promit aliis per hye-  
 mem marcidis & corruptis.

Copiosa inuenitur agro Salmanticensi locis vmbrosis  
 circa sepes. Nobis etiam nunc in hortis frequens, &  
 pergulas scandens. Superiore vere frequentem etiam  
 obseruavi post arcem Eberstorff magnifici ac generosi  
 Dn. Hieronymi Beck à Leopoldstorff: loco paludoso  
 inter arundines. Floret tota æstate.

SUNT quibus κικλάμιος ἑτέρος, Cyclaminus altera κικλάμιος  
ἑτέρος.  
 Dioscoridis (quam nonnulli κικλάμιος ἢ κικλόφυλλον  
 vocant,) dicatur, quoniam multis cum Dioscoridis  
 descriptione notis conueniat: sapor tamen insipidus &  
 herbaceus facit, vt eam ad Alfines genera retulerim.  
 Lectori tamen liberum relinquo, ad quam voluerit clas-  
 sem referre.

CYCLAMINI alterius acinos drachmæ vnius pō-  
 dere cū vini albi cyathis duobus potos per quadraginta  
 dies,

*Alfina repens.*

dies, lienem per urinam & aluum absumere testis est Dioscorides: ad orthopnoeam bibi, & reliquias a partu repurgare.

ALSINEN verò vim refrigerandi adstringendiq; obtinere, oculorum inflammationibus cum polenta illini: succum aurinum doloribus infundi, & omnia quæ Helxine emendare.


### De Alfine corniculata.

#### CAP. LXIII.

PALMARIS hæc est herbula, vnico caule, qui in aliquot ramos sese diuidit, geniculato, tenero, hirsuto ut in *Alfine vulgari*: folia *Alfines*, paulò oblongiora, hirsuta etiam, inter se opposita, & ex interuallis gemina: alarum cauis insident pusilli flores candicantes, quibus succedunt cornicula membranæ & transparentia, gallinaceorum calcarium forma, quæ lento quodam cõspersa humore tangentibus deprehenduntur: semen in illis exiguum, ubi maturuit nigrum: radix inutilis & annua. Tota insipida est.

Inter segetes agro Salmanticensi frequens, ubi Maio floret, & semen perficit.

ALSINES aliud genus non vulgare, circa Xerez Alfine alia. de la frontera, aliisq; nonnullis Baticæ locis obseruauit, caule simplici, interdum multiplici, geniculato, dodrãtem alto, subrubente, aliquot ramulis concauo: foliis satis angustis, sed ad pediculum latioribus, & extrema parte mucronatis, dorso elatiore, non hirsutis ut alterius, sed leuibus & atro virore conspicuis, semper geminis inter se ad singula genicula oppositis: extremi ramuli onusti sunt veluti capitulis *Symphyti petrai*, floribus oblongiusculis & purpureis refertis: radix candida,

*Alfene corniculata.*

ditla, mediocris. Florebat Januario, nec usquam alibi mihi conspecta est.

AD *Auricula muris* historiam, quam Græci  $\mu\upsilon\delta\varsigma$   $\mu\upsilon\delta\varsigma$   $\alpha\iota\tau\alpha$ .  $\alpha\iota\tau\alpha$  vocant, multum accedit: solus flos, qui non est *Anagallidis*, neq; *ceruleus*, refragari videtur. Si cui non placet, certè *Alsines* genus esse non diffitebitur, quæ *Dioscoridis* testimonio, nonnullis etiã  $\mu\upsilon\delta\varsigma$   $\alpha\iota\tau\alpha$  dicitur.

RADIX *Auricula muris* illita *agilopia* sanat *Dioscoridi*. Galenus eam deficcare ordine secundo: ceterum nullam evidentem caliditatem possidere. At *Plinius* vim ei septicam tribuit, & exulceratricem: quã sanè in ea quam hic propono planta non inuenias, cum potius eiusdem cum *Alsine* sit temperamenti.


## De Condrilla. CAP. LXV.

LATA huic planta sunt folia, *Cichory* in modum I. *Condrilla*  
diuisa, omnino incana, & densa tomentosaq; lanugine prior.  
obducta: inter quæ caulis emicat pedalis aut amplior,  
rotundus, candidus, aliquot ramulis brachiatus, & fo-  
liis minoribus atq; angustioribus ornatu, quibus, atq;  
etiam ipsis ramulis plerunq; inherent grumi fuluescen-  
tes succi istius concreti: flos extremis ramulis sustinetur  
luteus, in pappos euanescent: radix longa, nigricans,  
digiti minimi crassitudine. Tota veluti dixi planta in-  
cana est, & succo pregnans, qui siccatus fuluescit &  
acris est.

Inuenitur agro *Salmanticensi* locis incultis, & mul-  
tis aliis *Hispania* regionibus, *Augustoq;* floret vel  
etiam serius.

NONNULLI *Hispani* eodem nomine, quo *Phyl-  
lum* vocari dixi, indigetant, eam *Yerua di S. Guyte-  
ria* nuncupantes, easdemq; illi facultates tribuentes,  
nempe,

## Condrilla prior.





nempe, quòd eius decoctum pramorsis à cane rabido vtiliter exhibeatur. Mihi plurimum ad primam Dioscoridis Condrilla speciem accedere videtur, quæ Grecis κωνδρίλλα, ἢ κυχώειον, ἢ ὄϊεος appellatur.

κωνδρίλλα

CONDRIILLÆ gummi cum myrrha tritum & linteo appositum, instar oliuæ, seminarum menses trahit. Ipsa contra vyperas in vino pota, proficit: quæ facultates cum iis conueniunt, quas Scorsoneræ suæ tribuunt Hispani.

Bellonius lib. 2. observationum cap. 91. dicit Condrilla gummi in Syria vulgare esse, & mulieres eo vti Mastichis loco. Libro item primo cap. 31. ait fabris lignariis glutinis vicem præbere.

CONSPICITUR eodem agro Salmanticensi post messes in aruis Condrilla genus vimineum planè, longis lentisq; & flexibilibus virgis, candicantibus, sesquicubitalibus, & tactu viscidis, multis exiguis foliolis secundum longitudinem nascentibus, quæ secundum radicem initio maiora sunt, Cichorei ferè incisura, postea flaccescunt: extremi rami flosculum exiguum lutcum & in pappos euanescentem sustinent: radix oblonga est, lacte manans, ut & reliqua planta. Floret quo superior tempore.

II.  
Condrilla  
viminea.

Salmanticenses Iunquerina vocant, & ex ea scopas conficiunt. Aly Ajunjera.

Non dubium est quin hoc genus isdem cum altero facultatibus præditum sit: istic tamen nullo in vsu est, præterquam quòd pueri viscum ex eius radice cum nigro melle conficiunt, ad cardueles aliasq; auiculas capiendas idoneum.

## De Eruca peregrina.

## CAP. LXVI.

Eruca peregrina.

ALIQVOT caules ex una radice prodeuntes habet hac planta, sesquipedales, rotundos, graciles, & in his multa folia oblonga, angusta, incana, nonnihil veluti circumrofa, acris sapore: flores in summis caulibus congestos, luteos, Eruca vulgari minores, quibus succedunt siliqua seu folliculi subrotundi, tumentes, in quibus semen subrufum, acre: radix est minimi digiti crassitudine, candida, nonnullis fibris praedita.

Crescit quibusdam Castella locis incultis & secus vias: vbi Maio floret. In Belgium illata, non nisi Iunio & Julio.

SUNT qui Leucoium semine rotundo vulgò vocarint, ob aliquam, ut puto, quam eius folia cum Leucoij foliis similitudinem habent. Sed mihi inter Eruca genera referenda videtur. Vulgare nomen nullum novi.

De Nasturtio

*Eruca peregrina.*

Nasturtium  
siluestr.

VNICVS huic est caulis, sed statim à radice supra solum multis alis diuisus, hirsutus & asper, virens, rotundus, pedalis, foliis tenuibus & multifidis. Nasturtij ferè vulgaris amulis, sed tenuioribus, viridibus, acri gustu & sapore, vulgaris Nasturtij modo: fert extremis ramis spicatum pallidulos flosculos, deinde exiguas siliquas duabus valuulis constantes cum ligula prominente, in quibus semen continetur Nasturtij. radix singularis, candicans, quæ singulis annis perit.

EODEM loco, eodemq; tempore, nempe Martio, florentem hanc & semine pregnantem inueni, quo Alysson Galeni, regno Valentino: & quod plerâsq; notas cum Nasturtio communes habeat, Nasturtij nomine vocauit, cui (quantum ex gustu diiudicare licet) persimiles facultates habet.

## De Ruta montana. CAP. LXVIII.

Ruta mon-  
tana.

RUTA montana eademq; siluestris, non ea quam Dioscorides peculiari capite describit, sed cuius capite de Ruta mentionem facit, herba est multis foliis per terram stratis, multifidis tenuissimeq; diuisis, pallido virore candicantibus, & grauissimi acerrimiq; odoris: ab radice, quæ longa est, candida, lignosa & digiti minimi interdum crassitie, duos aut tres nonnunquam caules profert, in ternos aut quaternos ramulos sese superiore parte diuidentes, qui florem sustinent hortensi similem, minorem verò & ex luteo pallescentem, deinde siliquas quadrangulas, in quibus semen continetur exiguum, nigrum & acre.

Tota

## Nasturtium silvestre.



Tota planta grauissimi odoris est, & tanta acrimonia, vt per triplices chirothecas ad manus penetrare sæpè expertus sim: & si quis qua eam decerpserit manu faciem demulceat, ilico vehementem inflammationem excitet, quemadmodum rectissime scripsit Dioscorides.

SICCIS petrosisque, et sole adustis locis spontè nascitur, veluti plerisque Hispaniarum & Gallia Narbonensis locis.

Floret Iunio & Julio, sed Augusto semen perficit, In Belgio sata altero tantum anno floret, idque serius, frigoris impatientissima, & plerumque, à flore tabescens.

πράσιον ὄρειον.

μῶλον ὄρειον.

HANC Dioscorides ῥήγανον ὄρειον, ἢ ἄρειον vocat, id est Rutam montanam & siluestrem, eius verò radicem μῶλον ὄρειον, hoc est Moly montanum: fortè Rutas Pythagore apud Plinium. Hispani ab hortensi non discernunt, sed communi cum illa nomine Ruda appellant.

CIBIS damnatam refert Dioscorides: etenim si copiosius edatur, interficere: cutem dum colligitur inflare, & rubore quodam inficere cum pruritu & vehementi inflammatione: in Antidota autem eius semen commodè addi.

De Harmala. CAP. LXIX.

Harmala.

FRUTICOSA hæc est planta, multos ab una radice emittens cauliculos, pluribus ramis seu alis concauos, pedales, ex viridi nigricantes: folia oblonga, dēsa, siue pingua & carnosā, saturatius virentia, multifida, Napelli tenuifolij (quem quidam Antitoram vocant) folijs ferè similia, gustu lento & gummoso, amara & aliquantulum mordicantia: flores in summis ramis cædidi, quinq; foliolis constantes, & multis in medio fibris luteis

## Harmala.



d s

luteis prediti: deinde capitula hortensi maiora, molliora, triangula, semine referta ex rufo nigrescente anguloso & inaequali: radix dura, digiti minimi nonnunquam crassitie, fibrosa, colore ex luteo pallefcente. Tota planta graueolentis atq; adeò ingrati odoris est.

Plurima in Castella nona circa Madritium & Guadalajara collibus & lato solo provenit. Floret Julio & Augusto, semen Septembri maturefcit. Ego & florentem, & semine pregnantem etiam Octobri isticreperi. In Belgio sata, aliquot annos interdum perdurat, sed vix aut raro admodum ad florem peruenit, frigoris uti superior impatiens.

ETIAM πῆγανον ἄγειον hanc quibusdam appellari Dioscorides scribit: Cappadocibus μῶλον, aliis ἀρμυλα, Syris Befafa: Latini Rutam siluestrem & Harmalam dicunt. Castellani Gamarfa & Cogombrillos amargos, id est cucumeres exiguos amaros vocant.

SEMEM cum melle, vino, croco, & feniculi succo, ac gallinaceo felle teritur contra retusam oculorū aciem referente Dioscoride.

Bellonius lib. 2. observationum cap. 21. ait arenosis circa Alexandriam Ægypti locis nasci, & apud Arabes, Ægyptios Turcosq; vario in vsu esse: presertim verò hanc consuetudinem apud eos inoleuisse, ut eius fumum singulis diebus mane excipiant, ea ratione omne genus noxiorum demonum abigere sibi persuadentes: eamq; ob causam in omnium Institutorum officinis inueniri plantam venalem, aut eius semen.

πῆγανον  
ἄγειον.  
ἀρμυλα.  
Befafa.



## De Hyperico supino.

## CAP. LXX.

GENVS Hyperici multis ramulis hirsutis per terram stratim praditum inuenitur, numerosis confertisq; foliis eos ambientibus, alteri Hyperico similibus, sed planè tomentosiss & incanis: flores secundum ramulos lutei, aliquantulum tamen pallidiores & minores, quàm in vulgari: quibus succedunt capitula vulgari similia: radix lignosa & dura, subinde etiam ipsi rami per terram strati radices & fibras agunt.

Hypericum  
supinum.


In conuallibus quibusdam non procul Salmantica crescit, vbi Iulio florentes plantas inueni tam latè sparsas & diffusas, ut petasum amplum equare possent: item in Valentini regni maritimis, vbi Martio florentem conspexi.

SINE dubio inter Hyperici genera referri hæc debet, cum plurimum illi respondeat: imbecillior tamen, & vulgari minus odora.

Doctissimus Placa medicus & professor in academia Valentina celeberrimus, Rutam siluestrem Dioscoridis esse dicebat, quæ à Ruellio inter notha reiecta est, cuius descriptionem inde petere licet: Salmanticensibus vulgò Coraçonçillo, quemadmodum Hypericum commune dicitur.

Ruta silue-  
stris.

De Thapsia.

*Hypericum supinum.*

## De Thapsia. CAP. LXXI.

FERVLACEA habet folia, viridia, subhirsuta, in- I.  
 grati saporis, per terram veluti in orbem diffusa, inter Thapsia le-  
 que cubitalis & bicubitalis exilit caulis digiti crassitie, tifolia.  
 nodosus, intus carnis & fungosus, umbella magna &  
 lata, & sphericam figuram, dum maturuit semen, re-  
 ferente, que à singulis surculis erumpit: flore luteo: se-  
 mine lato & aceroso, sed ipsius germine longo & angu-  
 sto: radix crassa, longa, per summa capillata, crassiore  
 libro vestita, foris subnigro, intus candicante, lacteo  
 succo plena, gustu amarissimo & acri, nauseam tamen  
 mouente, adeò ingrata est: medius eius nervus fungosus.

Gaudet collibus petrosis, quales sunt, non procul ab  
 ostiis Tagi, & multis aliis Lusitaniæ, Hispaniæq; locis  
 editioribus & incultis. Floret Augusto, nonnunquam  
 maturius.

ISDEM in locis aliud genus inuenitur cubitali II.  
 caule, graciliori quàm superioris umbella similitum flo- Thapsia te-  
 rum & seminis, sed minore: foliis altera multò tenuio- nuifolia.  
 ribus, Fœniculi ferè, nullius insignis qualitatis partici-  
 pibus: radix longa, digitali crassitie, foris nigra, intus  
 candida & fungosa, acris, in summo capillata.

Θαψία Græcis, Latinis etiam Thapsia, Murcia-  
 nis & Valentinis çumillo, à succi ni fallor abundantia  
 appellatur: reliqui Hispani Cañaheja vocant, quod  
 vocabulum omnibus ferulaceis plantis, (quarum sum-  
 ma varietas per vniuersam Hispaniam) commune est:  
 nam & Ferula, & Libanotides illis etiam Cañaheja  
 dicuntur, quòd videlicet harundinaceum caulem  
 habeant.

Granatenses imperiti Pharmacopœi, eius radice loco  
 Turbith magno errore vtuntur: peritiores autem discer-  
 nere norunt.

*Thapsia latifolia.*

VERVM quæ Salmanticensibus Thapsia, vulgò III.  
 verò Cañaheja dicitur, longè maior est superiore: caule Thapsia Salmanticensis.  
 erium aut quatuor digitorum crassitie, altitudinem humanam sæpissimè superante: flos & semen superiori similia: folia multò ampliora: radix etiam crassior; quæ vetulis medicinam istic exercentibus magno est in usu ad præuocandos menses, aliasq; deiectiones molindas. Tanta autem, vi cum superne tum infernè purgat, ut sumentes in summum discrimen sæpenumero conijciat.

Nascitur ea non solum agro Salmanticensi, sed circa Pinciam, vulgò Valladolid, & tota veteri Castella ad Pyreneos montes usq;.

EODEM agro Salmanticensi & vicinis locis ferulacei generis quadam planta inuenitur Tuero illis vulgò vocata, foliis Libanotidis, in terra similiter expansis, rore quodam lento & glutinoso semper conspersis, & atro virore splendentibus: radix crassa, longa, tenera & fragilis, foris nigra, intus alba, lacteo succo plena: caulem nullum obseruauit, sed eum ferre dicitur rectum, tenuem, & in eo umbellam florum coactam ferè in globum.

Tota planta teterrimi odoris est: itaq; eam verisimile est non minus noxiam esse quàm Thapsiam, ad cuius genus referenda mihi videtur.

### De Selino peregrino.

#### CAP. LXXII.

UMBELLIFERARVM duo genera agro Salmanticensi obseruauit, quæ ad Selini genera commodè referri posse arbitror.

VNUM primis Coriandri aut Elaphobosci foliis I.  
 similibus, per terram stratis; inter quæ caulis exilit cubitali

bitali altitudine, multifidus, flores in umbellis ferent candidantes, deinde semen Petroselino vulgari simile, acre & aromaticum: radix longa, digitali crassitie, candida, odorata, Selini sapore.

Nascitur in vinetorum marginibus iuxta vias; Floret Julio, semen Augusto maturescit.

- II. ALTERVM multa habet ab una radice prodeuntia folia Cicuta similia, sed quae caulem ambiunt sunt minora: caulem cubito maiorem, interdum vnicum, nonnunquam plures, & in his umbellas candidorum florum, quibus succedit semen latum, minus quam Ferule: radix digitali etiam crassitudine, aromatica candida, & utcumq; acris.

Provenit locis apricis & sole illustratis. Julio floret, Augusto semen profert.

Mirum in modum urinã ciere istic mihi referebant.

Seseli Massiliense forte.

ILLIS non possum non adiungere umbelliferam quandam plantam quam istic quidem observavi cum superioribus: sed multos annos antè etiam agro Mompeliano, & toto illo tractu Massiliam vsque, quae mihi plurimum ad Seseli Massiliensis descriptionem à Dioscoride traditam accedere videtur.

Constat autem ea foliis Anethi serè, exilibus & minutim incis, Ruta propemodum colore. Caulem habet vnicum, interdum cubitalem, sed saepissimè minorem, in aliquot ramos diuisum, qui umbellas florum candidorum aut purpurascantium sustinent: semine Apij; radice longa, alba, digitali etiam crassitie nonnunquam, satis aromatica.

Castellani Enxalmos vocant.

## De Plumbagine quorundam:

CAP. LXXIII.

MULTOS ab una radice caules emittit cubitales, Plumbago.  
 aut ampliores, plurimis ab infima parte ad summum,  
 usq; ramis lentis & vimineis diuisos: folia Lepidii mi-  
 nora, & fœtidis ferè, viridia, succulenta, acerrimi gu-  
 stus & vrentis facultatis: flores habet in summis ramu-  
 lis confertos, membraneo & hispido calyculo glutineq;  
 quodam obsito inclusos, quinq; foliolis constantes, ex pur-  
 pura caruleos: semen nigrum, exiguo auenæ deglubatæ  
 grano simile: radix alba, longa, digitali crassitie, vnica,  
 in nouella (qualem hîc exhibemus) planta: sed ubi ad-  
 oleuit, multifida, longè lateq; sese spargente, atque ad  
 ipsum, vnde propagines istæ dependent, caput, nouos  
 caules sepe numero proferente.

Prouenit pleriq; Hispania & Lusitania locis cali-  
 dioribus iuxta vias: variis item Gallia Narbonensis  
 locis obseruati. Serius floret. In Belgio rarè admodum,  
 & non nisi Septembri: eaq; de causa, tametsi floreat, se-  
 men ad maturitatem nunquam istic peruenire potest.

ANTONIUS Nebrissensis hanc plantam Lepidiũ Lepidium.  
 vocauit. Sunt qui Molybdanam, hoc est Plumbaginẽ Molybdæna  
 Plinij putent: vulgò Herba S. Antonij dicitur. Nar-  
 bonensibus meo tempore Dentilaria appellata est, quòd Dentilaria.  
 dentium dolori mederi crederetur, etiam manu retenta.  
 Granatenses vulgò Belesa vocant.

PLINIO Molybdæna commanducata, si oculus  
 subinde elingatur, vel (vt alij malunt) liniatur, plum-  
 bum (quod est genus vitij) ex oculo tollitur.

De Tithy-

Plumbago quorundam.





## De Tithymalo. CAP. LXXIIII.

TAMETS I nunc plura Tithymali genera inueniantur, quam veteribus descripta sint: ea tamen nobis confundenda non sunt, sed quam commodè possumus ad illorum descriptiones referenda.

CHARACIÆ multas species obseruauit, quas, cum aliis descripte sint, non opus est hic repetere. Vnius tamen quæ præ cæteris Dioscoridis descriptioni conuenire videtur, historiam adijcere hic libuit.


VNICVS illi, interdum plures caules cubitales aut ampliores, rubri, digiti minoris crassitudinem æquant, inferiore parte glabri, foliorum duntaxat vestigiis insigniti, & veluti insecti, quales illi Dioscorides capite de Sedo tribuit, superiore verò foliis Oleæ maioribus longioribusq̃, duris, lanibus, & viridibus, minoribus tamen Amygdali foliis ornati sunt, deinde in plures iunceaos & firmos ramulos umbellæ in modum diuiduntur, quos ambiunt, veluti acetabula, aut caneoia foliis Balnearum similes, & in his flos, nõ subluteus aut pallescens, quemadmodum in aliis, sed niger, postea fructus tricoccus, in quo semen per maturitatem exiliens reliquarum Lactariarum modo: radix dura & lignosa.

Nascitur id genus in asperis montosisq̃, per Hispanias, regno Valentino & circa Malacam, atque etiam supra Arelaten itinere Massiliensi, & quibusdam aliis Narbonensis Gallie locis. Tota planta lacteo succo madet: Floret Martio.

2. ALIVD ei simile ferè, sed pluribus caulibus ab una radice procedentibus, foliis mollioribus & lanugine pubescentibus, flores pallidi.

Crescit etiam in Hispaniis, deinde in Gallia tam Narbonensi quam reliqua, Heluetiis, & reliqua Germania. Apud nos in hortis semel satũ, copiosè prouenit.

Tithymalus characias legitimus 1.



MYRTITES legitimus Hispanis & Gallis igno- II.  
 tus: nam *Valentinorum Myrtiten* quidam inter Cha- Tithymalus  
 racia genera referre malunt. myrtites.

LATIFOLIUM etiam *Tithymalum* verum legi- III.  
 timumq; observasse me existimo.

EST autem *Platyphyllos Tithymalus* mihi credi- Tithymalus  
 tus, pedali, interdum maiore altitudine, aliquot ab platyphyl-  
 radice emittens ramos, nonnunquam simplici caule as- los.  
 surgens, circa quem ampla folia, mucrone rotundiore,  
 ad *Psatidis* novella foliorum formam accedentia, viri-  
 dia, aliquantulum carnosâ, & succo palleſcente tum  
 etiam acri turgentia: flos qui ex luteo purpuraſcit, ra-  
 mulis inſidet, ac veluti acetabulis quibusdam continetur,  
 ut in reliquis *Tithymali* generibus: radix crassa  
 est & candida.

Vno *Valentino* regno inter *Biar* & *Huentiniente*,  
 via ſalebrosa inter medios frutices diſtinxat observavi  
 florentem *Martio* menſe.

LATINIS πθύμαλ & auctore *Plinio*, *Lactaria*, πθύμαλ.  
 & *Lactuca caprina* nominatur. Hispanis *Leche trez-* Lactaria.  
 na & *arnaballo*.

*Mas* mihi descriptus, χαρνιας, id est *vallarıs*; κο- χαρνιας.  
 ρωτης, ab ampla & effusa coma, αμυδαλοειδης à foliorum αμυδαλοειδης.  
 figura, & κωβις cognominatur. κωβις.

*Latifolium* πλατύφυλλον à foliorum amplitudine (nec πλατύφυλλον  
 enim vilius, ut *Plinianis* verbis utar, latiora sunt folia)  
 appellant *Græci*.

PORRO *Tithymali* omnes, teste *Galeno*, vincen-  
 tem habent acrem & calidam facultatem: inest verò  
 & amaritudo.

## Tithymalus platyphyllos III.



## De Pepli. CAP. LXXV.

LACTARIIS congener est Peplis, coma per ter-  
ram diffusa, tota lacteo humore turgens uti illa, sed il-  
larum modo haud assurgens: ramuli eius digitales, te-  
retes, nunc purpurei nunc herbacei deprehenduntur: fo-  
lia inter Portulacam siluestrem et Chamaesyden media,  
his crassiora & maiora, illis verò minora & tenuiora:  
flos ex herbaceo purpurascens: semen exiguum in trian-  
gulis valvulis sub foliis latentibus: radix pusilla.

Abundè hæc nascitur in omnibus Mediterranei  
maris littoribus cum Hispania, tum Narbonensis Gal-  
lie, nec usquam alibi mihi conspecta, ne in cultissimis  
quidem Belgij hortis.


DIOSCORIDES hanc πεπίδα vocat, & ab ali-  
quibus ἀδράχυν ἀγρίαν, ab Hippocrate verò πέπιον  
dici scribit: & viribus Peplo respondere.

πεπίδα.  
ἀδράχυν  
ἀγρίαν.  
πέπιον.

Peplis.



## Chamæfyce.



## De Chamæfyce. CAP. LXXVI.

Chamæfyce

SV PINA etiam hæc, & humi procumbens, ramulis numerosis, teretibus, quaternorum digitorum transversorum longitudine, aut etiam interdum longioribus, nodosis seu geniculatis, purpurascens, qui in orbem diffusi iacent: folia pusilla Lenti aquatica forma perquam simili, Peplide minora & teneriora: flos illi Peplidis aut Tithymali Cyparissia: fructus tricoccus, Peplide minor, sub foliis recoditur: radix tenuis et inutilis.

Lacti similem succum hac herba etiam emittit vulnerata, non minus quam superiores.

Copiosa ubiq<sup>3</sup> agro Salmanticensi, squallidis & petrosis locis, atq<sup>3</sup> etiam inter vineta (vti & circa Mompelium) & plerisq<sup>3</sup> aliis Hispania locis. Apud nos semel sata in hortis praesertim macro solo, semet suo semine ferens singulis annis renascitur.

Χαμαίσιον.

Χαμαίσιον appellant Graci, & σινδύν vti Peplum. Salmanticenses Nogueraela quasi pumilam nucem dicunt, nimirum à seminis forma, vti puto.

Absterforia et acri facultate pollet vti et Titihymali.

## De Aloë America.

### CAP. LXXVII.


ALOES huius descriptionem ante aliquot annos in nostris ad Aromatum historiam adnotatiunculis polliciti sumus. Et licet hic non suo ordine reponi videatur, quod tuberosis potius fuisset adijcienda: rigida tamen eius facies, à vulgari Aloë planè diuersa, facit, vt aculeatarum classi eam accommodarim.

Aloë Americana.

MVLTAE sunt illi folia, humana longitudine, saturatiùs virentia, leuia, inferiore sede trium aut quatuor digitorum transversorum crassitie, quodammodo carinata, & valdè lata, mutuo sese amplectentia, vti in vulgari Aloë & Asphodelis, sensim verò in mucronè desinentia, qui nihil aliud quam spina est nigricans, crassa, duos digitos transversos interdum longa, & adeò firma, vt Americi pro subula vterentur, & cuspidis loco ad sua tela adaptarent: foliorum latera, quae tenuiora sunt, spinis eiusdem coloris horrent, sed breuioribus, basi latiore, & deorsum recuruis vt in Rhamno tertio, interiore parte fibrosa sunt hac folia et succi plena amari & acris.



## Aloë Americana.



& acris. Ex eorum medio caulem enasci intellexi (nulum enim vidi) brachiali crassitudine, & breuioris lanceae altitudine: radix est crassa, oblonga, incurua, & veluti internodiis articulata, e cuius geniculis ad latera adnascuntur aliae planta alternatim, quemadmodum in Arundinum nodis germina seu gemmae sunt dispositae.

Primum mihi hanc plantam demonstravit clariss. vir D. Joannes Plaça medicus & professor Valentinus, primo ab vrbe Valentia lapide in monasterio Diuae virginis sacro, cui cognomen de IESU inditum est, eodem quo Persea crescit hortulo, postea aliis etiam locis obseruavi: erutam autem vidi omnium maxima radice, in suburbano ornatissimi viri Petri Alemani, cuius hospitio exceptus eram, duorum ferè cubitorum longitudine, ad cuius latera triginta ferè pumilae planta enatae erant, ex quibus duas detractas, atq; mecum in Belgium delatas, vnã generoso Dn. Carolo à Dino Andomaro pia memoriae, viro rei herbariae, & omnium naturae miraculorum studiosissimo & peritissimo, qua secunda hyeme periit, alteram Petro Coldebergo pharmacopola doctissimo dedi, quam etiam nunc apud eum asseruari puto. Ex eius autem planta hanc iconem delineari iussi, ne quis putet vulgaris Aloës esse. Viuax est, multosq; annos durat, radice multipliciter se propagans, cuius rei gratia, & propter horrentium spinarum rigiditatē, Indos seu Americos circa agros eam serere consueuisse intelligo, ad eos (veluti apud nos spinis fieri solet) communiendos, & fures ab eis arcendos.

Fil y agulla

VALENTINI Fil y agulla vocabant, id est filum & acus, quod foliorum extremae spinæ, acus, & fibre interiores fili vicem præsent. Indi Maguey & Metl: nonnulli istic Hispani Cardon, ab aculeorum ut existimo horrore.

MAGNO

MAGNO autem erat in usu apud Indos, ut refert Gomara ad finem historiae Mexicanae, cuius verba, quod integram huius plantae historiam contineant, adscribere hic libuit, & Latina facere.

METL arbor est nonnullis Maguey, aliis Cardon <sup>Metl.</sup> dictus, duplici hominis statura, aut altius crescens, crassitie humana coxa, parte inferiore crassior & densior, deinde sensim in pyramidem desinens uti Cupressus: quadragera illi folia, regularum amplitudine propemodum, & eodem modo canulata, sede inferiore crassa, & in mucronem desinentia, lateribus tenuiora, & crassa spina mucronem occupante. <sup>Maguey.</sup>

Tanta istic (circa Mexico videlicet) copia nascitur, quemadmodum apud nos vites: facit spicam, florem, & semen. Ex ea ignem struunt, & eius cineres parando lixiviū idonei: truncus ligni loco est, folia verò regularum aut imbricum.

Eam cadere solent ante quam nimium adolescat; tum enim radix crassior fit, qua excauata quidam liquor colligitur, qui serapij modo ilico densatur: is aliquantulum coctus, mel fit; depuratus, saccharum: dilutus, acetum: & addito Ocpalli (radix ea est, quam ob eius <sup>Ocpall.</sup> prestantiam, Vini medicinam nominant) vinum, illis quidem in usu, sed parum salubre: etenim valde caput ferit & inebriat: nullum autem cadaver, aut impura sentina adeo foetet, atque illorum anhelitus qui eo vino inebriati fuerint. Ex huius germinibus & tenellis foliis fit conferua. Foliorum prunis assatorum succus, recentibus vulneribus aut vlceribus instillatus, breui ea curat. Germinum & radicum succus cum absinthij illius regionis succo mixtus, viperarum moribus utiliter instillatur.

Illius foliis paratur charta in usum vulgarem sacrificiorum

fiorum & pictorum: & ex iis (lini aut cānabis modo paratis videlicet) fiunt alpergates (calcei genus Hispanis admodum familiare ex funiculis contextum.) storiæ, chlamydes, cingula, capistra, & funes: deniq; sunt illis cannabinum silum.

Horum foliorum cuspides seu spina adeò firmæ sunt & acuta, vt illis acus aut subula vicem præstent, eas cum fibris extrahendo. Istis spinis Sacerdotes illius regionis in sacrificiis se pungere solent, etenim cuspidis non infringitur, & satis alte penetrat exiguo foramine facto. Hactenus Gomara.

ADDVNT quidam Americanos venerem luem hac planta curare solitos, hoc modo:

EIVS fragmentum, in minutas partes sectum, deinde olla canthari aquæ capaci impositum, trium horarum spatio decoquebant olla prius luto obstructa: ollam deinde apud agrum positam aperiebant, magna fumicopia inde exhalans, multum sudorem excitabat. Aut, folium huius plantæ prunis impositum assabant, cuius fumum ager excipiebat: sed adeò vehementes sudores huius remedij vsu excitabantur, adeoq; vires collabebantur, vt vix ager ferre posset, tametsi triduo duntaxat vteretur.

HVIVS foliorum fibræ reticulum contextum à mei Hospitis sorore vidisse memini, dum Valentia essem. Intellexi etiam indusia ex iis parata Hispaniæ venalia inueniri.

### De Scolimo Theophrasti.

#### CAP. LXXVIII.

Scolimus  
Theophrasti

ALIQVOT profert cubitales caules, admodum ramosos, ad quorum alas singulas folia intensius viridia, sinuosa,

## Scolimus Theophrasti.



sinuosa, & albis spinis horrida nascuntur: flos illi luteus Cnici ferè modo: semen in capitulis spinosis latum, foliaceum, squammatim coherens: radix autem longa, digitali crassitudine, carnosà, dulcis, qua libenter vescuntur sues, quemadmodum & Eryngij vulgaris radice, eaq; de causa in agris vtramq; rostro eruunt. Tota planta, dum recens est, lacteo succo manat.

Salmanticensi agro, & tota Castella frequentissima est hac planta. Tota estate floret, & interdum etiam autumno, & subinde semen profert.

Similem etiam vidisse memini circa Mompelium, sed multò latiore, paucioribus ramis, & altius assurgentem, neq; flore adeò copioso, & foliis veluti lacteis maculis insignitis.

σκόλιμος.

Eryngium  
Vegetij.

Ascolimbros.

Glycyrrhizō

THEOPHRASTI σκόλιμος (qui à Dioscorideo differt) esse putatur, qui Scolimi radicem lacteum succum emittere, & eum, vescendam tum decoctam tum crudam radicem obtinere scribit lib. 6. cap. 4. de Historia plantarum. Anguillare, Eryngium Vegetij putatur, quæ, ni fallor, causa fuit ut à nonnullis Eryngium luteum appelletur. Salmanticensēs Silybum nuncupabant: vulgo verò cardon lechal siue lechar, id est, carduum lacteum. Bellonius libro primo observationum cap. 18. & 25. à Cretensisibus vulgari Græco nomine Ascolimbros vocari tradit: & agro Romano Spinaborda: & veteribus Latinis Græco nomine Glycyrrhizō non nominatum putat.

SALMANTICENSES tenellam adhuc plantam & primùm germinantem cum ipsa radice elotam, crudam, aut cum carnibus coctam edunt: ipsius lacte omne lactis genus coagulant: & eius flore crocum adulterant, tametsi vicinis locis laudatum crocum copiosè nascatur.

DIOSCO-

DIOSCORIDIS *Scolimus*, abundanter & spontè nascitur pinguibus Lusitania aruis, præsertim ad Anã veteribus dictum flumen, vulgò Guadi-ana, & plerisque Batica locis.

*Scolimus*  
*Dioscoridis.*

## De Chamæleone Salmantico.


## CAP. LXXIX.

Ex *Acanaceorum* genere hæc est planta, caule pedali, interdum etiam cubitali altitudine, multis alis sine ramis concauo, striato, & quasi foliato, duro tamen & firmo: folia numerosa, longa, angusta, candicantia, spinis horrida: summis ramis veluti umbelle ex quinque aut sex calyculis seu capitellis spinosis constantes innascuntur, in quibus flos purpureus dilutior, qui (maturo semine) subinde in pappos evanescit, reliquorum *Acanaceorum* more: semen Cnici, minus, dulce, intus candidum, foris subnigrum aut cinereum: radix nigra, dura, dulcis si mandatur. Tota planta firmarum spinarum vallo munita est.

*Chamæleon*  
*Salmanticensis.*

Agro Salmanticensi frequens: Floret Iulio, & semine Augusto maturum est. Apud nos satum in hortis provenit: sed maiore altitudine assurgens, neque ita candicans, semenque raro perficiens.

VOCATUR Salmanticensibus Chamæleon, & eum referre videtur quem Anguillara pro Chamæleone nigro Dioscoridis exhibet: verum historia non respondet.





## De Carlina siluestri minore.

## CAP. LXXX.

PALMI altitudinem hac non superat, cauliculo tenui, unico, cana lanugine obsito: folia Carlina siluestris emula, minora, incana, spinis horrida: summo cauliculo (nonnunquam etiam in alis) duo plerunque profert capitula spinosa, & in his luteum florem, orbem oculi imitantem, media lanugine pallida, quam ambiunt, rigidiuscula & exsucca foliola lutea: radix rufescens, tenuis, singulis annis periens.

Carlina siluestris minor.

Nusquam hanc alibi obseruari, quàm aridis quibusdam, petrosisq; & desertis circa Salmanticensem urbem locis, florentem Augusto mense.

AD Acarna, ἀκάρων Theophrasti (quam vulgò ἀκάρη Carlina siluestrem vocant) genus referri posse videtur: siue ad Eryngium quod Aetius de Archigenis sententia describit, foliis Attractilidis, durioribus, & ex candido pallidioribus, multis ramis ab una radice cubitalibus: floribus Buphtalmo similibus, sed oculi formam stamina in medio nascentia perturbant.

*Carlina filuestris minor.*

## De Cnico altero.

## CAP. LXXXI.


VNICVS huic caulis, aut interdum bini, terni, Cnicus alter  
 aut quaterni assurgunt cubitales, firmi & lignosi uti  
 alterius: nullis tamen aut paucissimis ramis diuisi: folia  
 Cnici vulgaris, candidiora, & paulo longiora: capitula  
 Cnici, flos diuersus, quippe qui non sit luteus, sed ex  
 multis staminibus cerulei coloris constans: semen Cnico  
 minus & subrusum: radix pollicari crassitudine, carno-  
 sa, succulenta, foris nigricans, neq; annua, ut alterius,  
 sed aliquot annis permanens.

Circa Cordubam, in segetibus inuenitur, & agro  
 Hispalensi. Floret Maio & Junio.

VVLGARE nomen quoad sciam non habet: sed cum  
 tota facie Cnicum vulgare reserat, Cnicum alterum  
 nuncupari.

f 3

De Eryngio



Cnicus alter.



## De Eryngio pumilo.

## CAP. LXXXII.

ERYNGII genus passim ferè agro Salmanticensi in colliculis nascitur, palmi, nonnunquam pedis altitudine, caule gracili, multis alis brachiato: folia secundè radicem manuscula, latiuscula & molliora, circa radicem in rota formam humi sparguntur: sed que in ipso caule sunt sub alis, multifida sunt, tenuia & aculeata: in ramulorum summitatibus globosa capitula plerunq, octo, spinosorum foliolorum ambitu stellatim circumuallantur, & ipsa etiam spinosa sunt: flos & tota capitula cum suis foliolis ea ambientibus cerulei sunt coloris: folia statim exsiccantur & decidunt, ut raro plantam cum foliis reperire liceat, præsertim ubi defloruit: radix lignosa & tenuis, que singulis annis perit.

Post messes plerunq, inuenitur quo commemorauimus loco: apud nos sæta serius floret hac planta, neque ita cerulea est.

*Eryngium pumilum.*

## De Corrua. CAP. LXXXIII.

VNUM siluestris *Asparagi* genus à veteribus descriptum inuenio; ego tria per Hispanias obseruauit.

PRIOR herba est fruticosa, duabus, tribusue, aut I. pluribus virgis candidis, lignosis, firmis, & ramosis, circa quos quina aut sena foliola simul semper enascuntur, Corrua prior. breuia, rigidiuscula, & pungentia: flosculi lutei è senis foliis constantes, sub alis inter folia enascuntur, odore iucundo uti *Viola Martia*: bacca primum virides, deinde cinerei coloris, semen continentis nigrum, durum: radices ab vno capite multæ, crassæ instar *Asparagi altilis*, sed breuiores.

Copiosè nascitur agro Salmanticensi locis petrosis, totaq; ferè *Castella* & *Granatensi* regno, non modò in sepibus, sed plerunq; etiam in cultis: vidi etiam plerunq; agro *Narbonensi* iuxta sepes. Floret vna maturescente, hoc est *Augusto*: semen *Octobri* maturescit.

Alitur hic apud nos à quibusdam rei herbaria studio, sed fructum non profert.

ALTER etiam fruticosus est, in viridibus & mollioribus ramis, siue virgis ramosis spinas acutas tres aut quatuor hinc inde pro foliis ferens, virides itidem uti ramis sunt: florem nullum consexi, sed frequentes baccas rotundas uti in superiore primum virides, deinde per maturitatem nigricantes, succo & pulpa virente plenas, qua semen includitur durum, foris nigrum, intus candidum, plerunq; vnicum, interdum bina: radix crassa, longa, superiori similis. II. Corrua altera.

Frequens est ad *Tagum* in *Lusitania*, & etiam in *Batica*, solo petroso, in collibus & sepibus. *Novembri* semine onustum inueni. Crenit & iste quibusdam nostratibus ex semine indè à me delato.


f 5 TERTIVS

## Corrudaprior.





## Corruda altera.



## III.

Corruda  
tertia.

TERTIVS cubitales habet virgas, ramosas, candidas, lignosas, & priori similes, firmis, candicantibus, & deorsum spectantibus spinis alternatim, & secundum virgarum ramorumq; inequalium inflexionem horridas: ad quas quina aut sena folia simul & ex eodem capite prodeunt, prioris speciei foliis longiora mollioraq;, quae commanducata subdulcia & aliquantulum gummosa deprehenduntur: flos inter folia ex alarum sinu longo tenuiq; pediculo dependet ex viridi pallefcens: deinde fructus propemodum rotundus, qui tricoccus videtur (tametsi vnicum granum in se contineat, raro bina, foris nigrum, intus candidum, firmum, vti in superioribus) initio virens, per maturitatem rubescens, & carnosus, siue succum & pulpam continens lentam & viscidam: radice firmatur multiplici, veluti alij siluestres Asparagi, longa, crassa, intus alba, foris flavescente. Fert aliquot thyrsos, qui aliorum Asparagorum modo manduntur crudi & cocti cum oleo, aceto, & sale.


Nusquam abundantius, quam supra Olyssipponem salebrosus locis iuxta vias, non procul a Tago obseruans nascitur tamen & aliis Lusitania locis, & tota ferè Batica. Octobri cum fructu maturo inueni, & raros etiam hinc inde sparsos flores.

Nulla vero cultura aut diligentia facere vnquam potuimus, vt istius semen apud nos nasci vellet. Sed duo superiores, vti dixi in generosi & verè nabilis viri Dn. Joannis vander Dilft cultissimo viridario conspiciuntur cum multis aliis rarissimis stirpibus, quarum, vti etiam omnium naturae miraculorum, est studiosissimus.

DICITVR hic Asparagus Graecis ἀπᾶργος μέγιστος, & μύραγδα, id est Asparagus petraeus sine siluestris,

ἀπᾶργος  
μέγιστος.  
μύραγδα.

## Corruda tertia.



Corruda.

siluestris, & Murina spina. Plinius etiam à Latinis *Corrudam*, & ab aliquibus *Libycum*, ab Atticis *Orminium* vocari tradit. *Corrudam* quidem nonnulli dictam volunt teste Ruellio, quòd ubi adoleuit, facile corruiat decidatve: sic *Horminium* ἀπὸ τῆ ὀρμῶ, quod est ruo, *Libycum* autem à patria. Hispani *Esparragos* indifferenter, tamen si altilem *Esparragos* triguetos, quòd inter frumenta plerunq; inueniatur, appellent.

SECUNDAM speciem intelligere videtur Theophrastus (quem secutus est Plinius) cum ait lib. 6. hist. plant. cap. 1. *Aculeatorum* alia ex toto aculei sunt, cetera ἀκμαῖοι, *Corrudam* intelligit, & *Scorpius* siue *Nepa*: hac enim nullum iuxta aculeum folium gerunt.

TERTIAM videtur in Creta obseruasse Bellonius: nam lib. 1. obseruationum cap. 18. Vix tota Creta, inquit, inuenias *Asparagum* altilem: nam siluestrem duntaxat habent, *Corrudam* vocatam, passimq; nascentem. Præter eam tamen aliud genus istuc inuenitur, nomine vulgari & antiquo *Polytricha* dictum.

Polytricha.

QVAM Matthiolus exhibet, *Corruda* non est, sed *Asparagi* altilis genus, quod nos (quia maritimis declinioribus & herbidis locis spontè prouenit) marinum vocamus, caule breuiore, firmiore, foliis crassioribus, firmioribus, ex caruleo virentibus: baccis maioribus quàm vulgaris hortensis, & non adeò coralli modo intense rubris. Fortè is erit quem Galenus lib. 1. de Aliment. facultatibus ἑλεον, id est palustrem nominat.

Asparagus  
marinus.

Similem mihi hic obseruasse videor in pratis ad Danubium sitis copiosè nascentem.

PORRO *Corruda* cauliculi in cibo cocti ventrem emolliunt, & urinam cient: radicis decoctum contra vrine difficultates, regium morbum, renum vitia, & coxèdicum cruciatus in potu proficit: cum vino autem,  
phalan-

phalangiorum moribus auxiliatur. Breuiter, huius efficacior vis quam domestici.

De Rubia marina.

CAP. LXXXIII.

QVADRANGVLI huic sunt caules, palmares, Rubia ma-  
rina. interdum pedales, geniculati, duri & lignosi, ad quorum singula genicula quaterna folia, inferiore sede latiuscula, & extrema parte mucronata, rigidiuscula, candicantia, stella modo in orbem adnascuntur, & subinde in alis ramuli numerosis foliis breuioribus & compactis seu confertis ornati, in quibus flosculi oblongi, radiati, pallidi: radix crassa, dura, foris intensius rubra, intus rufescens.

In littoribus Mediterranei maris, qua Hispaniam & Galliam Narbonensem alluit frequens, praesertim verò circa Calpen & Valentiam, vbi eam collegi, & saepe etiam litore illo quod supra stagnum ad Peram est, & in montem vsq; Setium extenditur. Floret istic aestatis initio.

Habui eam aliquando apud nos semine mihi prognatam, qualem hic exprimi iussi, ramis aliquot humi sparsis, pedibus, medio caule assurgente cubitali, infirmiore tamen quam ut se sustentare posset. Longè verò tenerior erat & minus incana, quam locis vbi spontè prouenit, & secundo anno mihi periit, postquam seriùs floruiisset.

RUBIAM marinam istic vocabant, quoniam ad Rubie formam aliquo modo accedit. Vulgare nomen, quod sciam, non habet: & eius facultates adhuc ignotas esse puto.

De Tribulo

*Rubia marina.*

## De Tribulo terrestri.

CAP. LXXXV.

HERBA est multis viticulis per terram stratis, <sup>Tribulus</sup> <sup>terrestris</sup> praelongis, cubitalibus plerumq<sup>3</sup>, frequentibus geniculis, quibus adnascuntur alia virgula, & folia numerosa vni costæ congesta Ciceris modo, quibus perquam similia sunt, subacri gustu cum adstrictione quadam: flores ex singulis alis Potentillæ vulgò dictæ, minores, lutei: fructus quinquefariam diuisus (quatuor spinis singula diuisura, quæ dorso eminenti sunt, constant) sub foliis latens, in quo totidem semina: radix interdum minimi digiti crassitudinem æquat.

Ad agrorum semitas, in quibus Melopepones Salmantica seruntur, frequentissimè prouenit: hortulanis admodum infesta & exosa, quoniam firmis fructus eius (qui per maturitatem facile de planta decidit) aculeis eorum nudi pedes offenduntur. Floret istic Iulio, semen verò Augusto & Septembri maturum est.

Memini etiam olim obseruasse agro Mompeliano inter oliueta sub vrbis ferè mœnibus.

ESSE autem hanc plantam Dioscoridis <sup>τριβουλον</sup> <sup>τριβουλον χη\*</sup> <sup>σάϊος.</sup> <sup>χρησιον</sup>, hoc est Tribulum terrestrem, affirmare non ausim: sed optimè quadrat alteri ex terrestribus Theophrasto descripto lib. 6. cap. 5. πρώτω videlicet, tamen si hic non sit admodum præcox, locis saltè quibus spontè nascentem obseruauit. Hispani abrojos vocant.

SALMANTICENSIS eius decoctum ad pituitã, crassosq<sup>3</sup> humores incidendos & euacuandos felici successu clysteribus inijciunt: cum tamen Galenus terræam & frigidam qualitatem Tribulo terrestri tribuat, Dioscoridem nimirum secutus.

g De Astra-

## De Astragalo. CAP. LXXXVI.

QUONAM hanc plantam referrem, diu multumq; apud me deliberaui: sed nullam veteribus descriptam inueni, cuius historia illi per omnia quadraret. Cum verò sit elegans, & nemini ex recentioribus, ut existimo, cognita, operæ precium me facturum putauit, si illius iconem cum descriptione hic subijcerem.

I.  
Astragalus  
forte.

CVBITALES & ampliores sunt illi caules, minimi ferè digiti crassitie, pentagoni siue angulosi, duri, subrubentes, & lanuginosi: folia lanuginosa & incana, in longa costa ex aduerso semper inter se opposita, uti in Vicia & Cicere, gustu primum adstringente, deinde feruido: flores copiosi Lupini aut Faba vulgaris, secundum oblongos pediculos ex alarum sinu prodeuntes ordine digesti, albi omnino, sed ante quam aperiuntur ex luteo foris nigricantes: fructum ferè dicitur (nam florentem duntaxat vidi) in siliquis Faselominoi Dodonæi similem, qui gustatus, fauces, os, & linguam inflammatione torqueat: radix pro stirpis magnitudine amplissima, brachiali interdum crassitie, palmari longitudine, deinde in binos aut tres ramos sese findens, foris nigra, rugosa, intus candida, dura & lignosa, ingrato sapore, que arefacta cornu duritie superat.

Primum eam in collibus quibusdam supra Olyssiponem, quos fluvius Tagus alluit, inter vepres obseruaui, atq; mense Decembri erui: deinde frequentiore multo sub finè Ianuarij siluosis locis non procul Hispani, itinere Gadensi, florentem inueni.

LVSITANI Alfabeca vocant: Batici Garauancillos, quasi Cicer exiguum dicas.

Si facultates, quas ex eius temperamento contrarias deprehendere licet, non refragarentur, legitimū Astragalum esse censerem, cuius descriptioni plurimis notis conuenit.



## Astragalus forte 1.



conuenit. Videtur ea quam *Amatus Lusitanus Apocynon* facit, & *Lusitanis Atromoços de can*, hoc est *Lupinos caninos* vocari ait.

II.  
Astragalus  
Alpius.

CÆTERVM *Astragali* nomine multa planta hodie insigniuntur; nulla tamen ad *Dioscoridis* descriptionem accedunt: præter eam cuius historiam nunc dedi, & aliam quam in *Cantabris* & *Alpibus Heluetiorum* obseruari ramulis aliquot ex una radice prodeuntibus, gracilibus, interdum erectis, plerumq; procumbentibus, foliis *Ciceris* modo ordine dispositis, sed rarioribus & longioribus, nec in ambitu serratis; flore *Vicia* aut *Ciceris* ex ceruleo purpurascente, cui succedunt siliquæ *Arachi* ferè similes, in quibus semen continetur: radix est tuberosa, nigra, dura, cui propagines adnascuntur sarmenticis radiculis adherentes illi similes, sed minores.

Nascitur in montibus quos dixi vento perflatis, & apertis. Differt tamen à *Chamabalano Dodonæi*, siue aliorum *Pseudoapio*.

III.  
Onobrichis  
quorundam

HISPANI aliam proponebat *Astragali* quidem facultatibus respondentem: sed forma radice minimè. Nam tamet si folia *Ciceris* aut *Lentis* pusilla habeat tota canentia; cauliculos breues, duros, & in his flosculos pisi forma, pusillos, congestos, & purpureos, summis pediculis inherentes: radix tamen magna ex parte singularis, & nihil commune cum *Astragalo* habens, omnino repugnat.

Crescit ea in vinetorum & agrorum marginibus secus vias, per *Lusitaniam* & *Hispaniam*, floret *Aprili*.

DOCTISSIMVS *Plaça Onobrichin* esse censebat, discrepat tamen historia. *Lusitani Herua de S. Lorenzo* nuncupabant.

Illius in clibano siccata puluerem vulneribus & ulceribus

ceribus utiliter inspergi assueverant.

EAM aliquando in Belgio hortis nostris aluimus, Astragalus  
Mompeliē-  
sium.  
vnà cum Astragalo Mompeliensibus vocato: sed illa  
ante triennium perit. Hic verò adhuc perdurat, foliis  
superiori ferè similis, sed minus incanis, floribus ma-  
nusculis, siliquis inflexis, & duplici serie semen continenti-  
bus subfuluum & rotundiusculum: radice perquam  
simili.

De Glauce. CAP. LXXXVII.

NULLAM adhuc inter eas qua Glaucis nomine à  
recentioribus describuntur, magis ad amussim Diosco-  
ridis descriptioni respondentem inueni, quam qua a me  
hic proponitur.


TERNIS aut quaternis à radice assurgit caulicu- Glaux.  
lis dodrantem altis, gracilibus, incanis: foliis ordine  
quodam utrinq; digestis secundum costæ longitudinem,  
Lentis aut Astragali Hispanici iam descripti in mo-  
dum, mollioribus, supernè virentibus, infernè cana la-  
nugine obsitis, gustu nonnihil amaro: flos extremis cau-  
liculis confertus, & capituli spicæ ve obtusa & breuior-  
is modo innascitur, Glycyrrhizæ vulgaris forma &  
colore perquam similis: radice exili, candicante.

Nusquam alibi, quam ad ripas Thormis fluminis,  
quod Salmaticam alluit, paulo infra eam urbem obser-  
uauit, nomine vulgari carentem, mense Junio: verùm  
is locus procul à mari distat, iuxta quod Dioscorides  
nasci tradit.

E A Græcis γλαύξ, perinde atq; Latinis Glaux ap- γλαύξ.  
pellatur.

Dioscorides cum hordeacea farina, sale & oleo co-  
qui ait in sorbitione, ad reuocandam extincti lactis  
vbertatem.

Glaux.



## De Medica marina.

## CAP. LXXXVIII.

CAVLES hæc habet siue ramulos tres aut quatuor <sup>Medica ma-</sup> pedales, humi procumbentes: folia Trifolij, aut Cytisi <sup>rina.</sup> Maranthe, minora, quæ cum ramulis tomentosa lanugine obducta sunt: flores extremis ramis ex alarum similibus pediculis inhaerentes exiliunt, quini aut seni simul congesti, Medica siue Sertula campana forma, colore luteo: siliqua deinde glomerata & contorta siue inflexa, in quibus semen continetur subrufum, Medica simile: radix ex candido pallefcens, crassiuscula, perennis.

Proxenis hæc passim in Hispania & Gallia Narbonensi ad Mediterranei maris littora: inueni etiam in Oceani littoribus, ad Tagi fluminis ostium, ad D. Ioannis propugnaculum & Carcais, sub Olyssipone. Floret æstate & autumno, & subinde semen profert. Apud nos sata à quibusdam rei herbariæ studiosis alitur, longioribus tamen ramis, neq; ad eod. densa canave lanugine obfita: serius etiam floret, & raro semen profert.

MARINAM Medicam hanc ideo nuncupauimus, quod Medica cum sit simillima, in maritimis meridiæ præsertim obuersis nascatur.

Parum aliquando absuit, cum ante viginti annos in Gallia Narbonensis maritimis eam colligerem, quin <sup>Helenium</sup> <sup>Ægyptium.</sup> Helenium Ægyptium Cratæa, Dioscoridi cap. de Helenio descriptum, esse mihi persuaderem: multas enim habet hæc plantæ notas quæ ad Helenium illud accommodari possent, uti sunt cauliculi interdum cubitales, per solum diffusi & repentes, folia Lenticule numerosa & crebra, radix minimi digiti crassitudine pallidiuscula, per ima tenuis, supernè crassior: præterea

Medica marina.



quòd in maritimis nascatur. Nam quòd Dioscorides corticem nigrum radici attribuit, in Cratœa exemplari non inueniri Anguillara scribit. Nihil tamen in re dubia affirmare volo.

VERVM *Egyptij Helenij radicem in vino potã, contra serpentiũ ictus auxiliari testis est Dioscorides.*

### De Trifolio pratensi Salmantico.

#### CAP. LXXXIX.

NON multum à nostro vulgari dissimile est hoc Trifolium Salmantice. Trifolium, quod passim in pratis circa Salmanticam urbem nascitur: cauliculis est pedalis quinque aut sex, humi sparsis, folia trina simul coniuncta uti in nostro, minora tamen & per ambitum serrata: petioli ex alarum sinibus prodeunt sustinentes capitella flosculorum elegantissima purpura rubentium, quibus succedunt membranei folliculi, & in his semen exiguum subrusum: radix uti vulgaris Trifolij.

Tota estate floret. Hispani Trebol de prados, & simpliciter etiam Trebol, quemadmodum alia omnia Trifolij genera vocant.





## De Oxy flore luteo.

## CAP. XC.

HVMILIS hæc est plantula, ramulis dodrantalibus, interdum longioribus, gracilibus, rotundis, rubentibus, per terram repentibus, & subinde radices agentibus ad singula internodia, nonosq; surculos & ramulos proferentibus: folia illi Oxydis vulgaris, trina in singulis petiolis, sed minora & pallidius virentia, sapore acido, quæ sub vesperam, aut ingruente imbre, complicantur, & veluti umbræ quendam faciunt: flores in oblongis pediculis terni aut quaterni simul enascuntur, quinque foliolis stellatim decussatis conspicui, vulgari minores, & lutei: oblongiora deinde mucronataq; capitula, semine exiguo, rufis, plena, quod per maturitatem dehiscētibus capitulis exilit: radix tenuis & capillata.

Oxys flore  
luteo.

Umbræ quibusdam circa Hispalim locis nascitur: olim etiam vidiſſe memini Mompely in horto D. Guichardi professoris Medici.

Apud nos semel satum postquam florere cœpit, tota deinde astate floret, & semen profert: plantæ tamen omnes hyemis inclementia pereunt: sed ex semine quod maturum exiliit, singulis annis copiosè renascitur.

Oxys Plinio ut putant dicta genus est hoc, quam terna habere folia: & ad dissolutum stomachum dari, atq; aduersus enterocœlen edi lib. 24. cap. 12. scripsit.

Oxys flore luteo.



## De Paronychia Hispanica.

## CAP. XCI.

LONGE elegantissima est hæc planta, multis viti-  
culis per terram stratis, dodrantalibus magna ex parte,  
sed interdum etiam pedalibus aut longioribus, genicu-  
latis, foliis Polygoni maris, minoribus, & in nouella  
planta virentibus, deinde successu temporis confertissi-  
ma & numerosa admodum adnascuntur foliola acerosa  
& membranæa, omnino alba, sic ut tota argenteis squā-  
mis constare videatur gratissimo spectaculo: flos candi-  
dus Polygoni, sed adeo paruus, & inter membranulas  
istas latens, ut vix conspiciatur: semen Polygoni: radix  
candicans, oblonga & tenuis.


Paronychia  
Hispanica.

Huius icon ex nouella planta, & semine primū  
mibi nata expressa est, quæ paleaceas illas membranu-  
las nondum adquisierat, idq; apud nos, ubi multum de  
candore suo remittit.

Nusquam abundantius quàm in collibus petrosis &  
siccis Salmantica vicinis, trans flumen Thormim, ubi  
& Colchicum montanum mibi supra descriptum co-  
piofissimè prouenit: item circa Valentiam & Murcia.  
Obseruasse etiam memini lapidoso illo campo supra  
Arelatem, non procul à Diui Martini diuersorio,  
qua Massiliam iter est, sed multò minorem, & vnciam  
vix excedentem. Floret Maio & Junio, & semen  
profert.

SALMANTICENSES & Valentini παρανοχίαν, παρανοχία.  
Paronychiam vocabant: meo tamen iudicio nihil aliud  
est, quàm Polygoni maris genus peculiare: etenim cū Polygonum  
primū è semine prodit, à Sanguinaria vulgari nihil  
differt; & commanducata, eodem gustu deprehenditur:  
itaq; viribus multum absimilis Paronychia, quæ teste  
Galeno

## Paronychia Hispanica:



Galeno lib. 8. simplicium, tenuium partium est, & exsiccatoria, morsu vacans: talia enim sunt, oportet que paronychias sanant. Murciani vulgò Asprilla vocat, à foliorum exsuccorum, ni fallor, asperitate.

## De Anthylli Valentina.


## CAP. XCII.

PROFERT ex vna radice multos cauliculos do-  
drantales, ramosos, humi stratos, subrubentes: foliola Anthyllis  
Valentina.  
Lentis exigua, seu potius Chamaesyces, falso gustu, & plerumq; cum suis ramis veluti quadam salsugine respersa: flores inter ipsa folia pusilli, quatuor foliolis constantes, ex albo purpurascens: radix singularis, nigricans. Tota Chamaesycci admodò similis est, ut primo aspectu Chamaesyceen putarem: lacte tamen caret.

Hanc plantam non alibi conspexi quàm ad fossias vrbis Valentie in Hispaniis, iuxta eam portam que arcem Regiam spectat: idq; demonstrante mihi D. Plaça. Floret Aprilis initio.

Ανθυλλίδα, Anthyllidem idem Plaça vocabat, eamq; ανθυλλίς.  
ad primum genus Dioscoridi descriptum referebat. Et si autem inter Anthyllides proculdubio recensenda sit: prima tamen esse non potest, que rectis ramulis assurgit, cum hac repentes uti diximus habeat ramulos, totaq; facie Chamaesyceen propemodum referat.

## De Anthylli



## De Anthylli altera.

## CAP. XCIII.

**H V M I** expansos habet ramulos, digitales, teneros, Anthyllis  
 hirsutos, folia oblonga, viridia, hirsuta, per extremum altera.  
 in ambitu serrata, & quodammodo Chamapityos emu-  
 la, bina semper ex aduerso ordine disposita, gustu non-  
 nihil feruido, & odore satis graui: florem in singulis alis  
 Chamapity similem, sed purpureum: semina in singulis  
 calyculis quaterna simul iuncta, cinerei coloris, oblon-  
 giuscula: radicem crassam, subalbidam.

Nascitur leto solo in Lusitania ad Tagum, Grana-  
 tensi regno, & Gallia Narbonensi. Floret astate & au-  
 tumno.

**GRÆCIS** hac ἀνθύλλης ἑτέρας, Latinis Anthyllis  
 altera. Lusitanis Herua crina dicitur. *Mompeliani* ἀνθύλλης  
 meo tempore Tuam moschatam appellabant. *Yua mo-*  
 schata.

**BIBITVR** hac in duritia vuluarum, & in tormi-  
 nibus, et in comitiali morbo cum melle & aceto quatuor  
 drachmis teste Plinio.

Lusitani & Granatenses referebant eius decoctum  
 ad impurum sanguinem repurgandum propinari.

**INVENTVR** etiam in Hispaniis pusilla quedam  
 planta Aiuga admodum similis tum cauliculis tum fo- *Aiuga adul-*  
 liorum trifidorum forma, hirsuta tota, subsalfo gustu, *terina.*  
 & inodora, nisi quiddam herbaceum & ingratum re-  
 doleret: flores extremis ramis ex alis prodeunt Aiuga  
 similes, sed maiores & albi: semina quaterna in singulis  
 calyculis, cinerei coloris, maiuscula & rotunda fere: ra-  
 dix crassiuscula, subalbida, & perennis uti superior.

Prouenit locis incultis, & astate floret.


**HISPANI** inter Aiugas referebant: sed cum  
 eius temperamentum non respondeat, Pseudo-Chame-  
 pitys

Anchyllis altera.





## Aiuga adulterina.



*pitrys potius quadam censenda erit, donec legitimum  
nomen inueniat.*

h 2 De Cori

## De Cori quorundam.

## CAP. XCIIII.

MVLTIIS ramulis fruticat dodrantalibus, plerun-  
que etiam minoribus, firmis, rotundis, purpurascen-  
tibus, qui densis foliis stipantur Erica (maioris scilicet)  
crassiusculis, succulentis, amariusculis, ordine quodam  
interdum dispositis, nonnunquam verò inordinatis &  
inconditis: spicae aut capitula extremis ramulis inhe-  
rent plena calyculorum quinquepartito sese aperiētium,  
& totidem maculis nigris singulis diuisionibus impres-  
sis; è quibus calyculis flos emicat non inodorus, purpu-  
reus, aut ex purpura caeruleus, elegantissimi & quasi  
immarcescibilis coloris, quatuor foliolis bifidis constans,  
quorum duo superiora maiuscula sunt: semen deinde in  
calyculis nonnihil aculeatis continetur, rotundum, ni-  
gricans: radix crassa pro planta magnitudine, palmari  
longitudine, & foris rubra, qua etiam interdum panni-  
linei infici possunt.

Floret ista mense Maio, nonnunquam etiam Mar-  
tio siccis quibusdam circa Salmanticam & Mompel-  
lium locis, & maritimis Valentia & Gallie Narbo-  
nensis, vbi tota maior & crassior nascitur, ut solent ferè  
omnes marinae stirpes, si cum eis quae macro & arido so-  
lo proueniunt, comparentur.

HANC Mompeliani meo tempore Corin vocabant,  
quamq; Graeci κόριον, & ἑρικὶον appellant esse existima-  
bant, cuius sanè descriptioni multis notis respondere vi-  
detur: Dioscorides enim Cori folia Erica tribuit, Plinius  
Tamaricis, pinguis siue crassa, deinde suauem esse di-  
cit & odoratam (quod de flore intelligendum puto) Pli-  
nius aculeatam addit, quales sunt huius calyculi qui  
semen continent.

Doctissi-

## Coris quorundam.



ΑΛΥΠΟΥ.

Doctissimus Plaça, dum unà varias stirpes in maritimis Valentia legeremus ἀλυπου, *Alypum* esse censabat: Hispani Pinçel vulgò appellant.

Ad hanc multum accedere videtur, quam clarissimus Matthiolus *Symphyti petrai* nomine exhibuit.

CÆTERVM *Coridis* semen potum mensès & vrinas trahit: contra *Phalangiorum* morsus, *ischiadicos* & *opisthotonicos* ex vino potum auxilio est: horroribus ex pipere, *opisthotonicis* ex oleo utilissimè illinitur.

### De Holosteio Salmanticensi.

#### CAP. XCV.

I.  
Holosteium  
Salmanticū  
prius.

I. HERBVLA est foliis ferè *Plantaginis angustifoliae*, verùm minoribus, angustioribus, crebris, per terram stratis, & incana lanugine obsitis, subadstringente gustu: inter quæ quini aut semi cauliculi nudi exiliunt, palmum alti, qui à medio ferè ad summum vsq; multis & sese mutuò contingentibus flosculis ex herbaceo candidantibus ornati sunt, vti in *Coronopo*, quibus deinde semen *Plantaginis* succedit theculis inclusum: radix est longa, tenuis, lignosa.

Collibus aridis Salmanticae vicinis prouenit: nusquàm tamen maiorem aut candidiorem vidi quàm iuxta Valentiam Hispaniae secus vias. Floret illic Maio, Valentia verò Martio & Aprilis initio.


II.  
Holosteium  
alterum.

II. CRESCIT iisdem locis aliud eius genus multò minus, cuius folia *Psyllij foliorum* latitudinem non excedunt, longiora tamen, & hirsuta quidem illa, sed minus incana, in cæteris per omnia superiori similis, eodemq; tempore florens.

Eam etiam obseruasse memini olim agro *Compe- liensi* locis incultis & aridis.

VTRA=

## Holoosteum Salmanticum prius.



UTRAQUE Salmanticensibus *Holoſteum* dicebatur: posterior etiam apud Mompelianos idem nomē obtinuerat: mihi *Plantaginis anguſtiſolia* genus potius utraq; videtur.

Holeſtion  
Dioſcoridis.

PORRO *Holeſti* meminit Dioſc. lib. 4. *Holeſtiō*, inquit, herba eſt puſilla, tribus quatuorve digitis extra terram ſupereminens, foliis viticulisq; Coronopo aut Gramini proximis, guſtu adſtringentibus: radice alba, pratenui uſq; in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum. Naſcitur in collibus terrenis.

*Holoſteon* Plinius lib. 27. cap. 10. ſine duritia herbam eſſe dicit, ex aduerſo (ſive per ἀντιόγων) appellatam à Gracis, ſicut ſel dulce: reliqua uti Dioſcorides.

VSVS eius adrupta, in vino pota: nam & carnes coguntur decoctionibus addita.

Cynogloſū  
forte.

OBSERVAVI item iſdem collibus Salmantinis, & aliis etiam in Caſtella locis aridis *Plantaginis* genus vulgari minus, foliis incana multaq; lanugine obductis, & humiſtratis, quod maxima anni parte conſpicitur ſine caule & flore. Interdum tamen Maio fert exiguam ſpicam *Plantaginis* in modum, minorem, florum pallescentium: radice tenui, longa & nigra.

κυνόγλωσσος.

EAM non ſemel Dioſcoridis κυνόγλωσσος, Cynogloſſum arbitratus ſum: etenim ſi ſpicam florum (quam Dioſcorides fortè non obſervavit) demas, nullam hæcenus eius deſcriptioni exactius convenientem, inter tam varias plantas vidiffe memini.

FOLIA autem Cynogloſſi cum ſuillo adipe veteri, canum morſibus, alopecius, & ambuſtis medentur: album emollit decoctum herba ex vino potum.

## De Heptaphyllo.

## CAP. XCVI.

RAMULI bini aut terni ab eadem radice exeunt, <sup>Heptaphyl-</sup> teretes, firmi, pedales, aliquot geniculis donati, ex qui- <sup>lon.</sup> bus prodeunt quemadmodum & ex radice folia, sex, septem, aut pluribus diuisuris infecta ad pediculum usque, tota incana, & veluti argentea: circa extremos & summos ramulos glomerati sunt, numerosi flosculi, Olea similes, parui, stellati, & candidi: radix satis crassa, foris nigricans, dodrantalis. Tota adstringente sapore.

Prouenit apud Cantabros in Pyrenais iugis: memini & in Allobrogum Alpibus serius florentem vidisse, cum apud Cantabros Maio floreat.

QVO nomine aut veteribus, aut neotericis dicta sit, aut etiam vulgò, mihi incertum est. Heptaphylli nomen indidi, quod plerumq; septenis foliolis ex eodem pediculo dependentibus, aut folio septifariam aut in septem lacinias diuiso constet.

## Heptaphyllon.





## De Phyllitide laciniata.

## CAP. XCVII.

NON prætermittenda fuit hac Phyllitis propter elegantiam, licet vulgaris à plerisque descripta sit, & illius icon exhibita.

SOLA foliorum forma à vulgari differt, alioqui per omnia similis: sunt, verò ea palmari longitudine, sena aut septena, ex radice multis nigris capillamentis fibrata prodeuntia, eiusdem tenuoris & viroris interna parte, at externa nullis aut rarissimis transuersis lineis insignita, & extrema parte multipliciter dissecta.

Hanc in Cantabris, non procul à monte D. Adriani nuncupato, quæ per eius specum & fornicem transitus est in Hispaniam, locis umbrosis in rupibus obseruavi, raram tamen inter plerasque, alias vulgares.

Memini & olim plantam vnã ex Gebennis montibus erutam, Mompelij in clarissimi viri Dn. Gulielmi Rondeletij medici celeberrimi horto huic similem plantasse.

Sed & quæ ad nos ex Anglia missa fuit à doctissimo Lobelio Hemionitidis nomine, postquam eam biennio in fictili propter teneritatem asseruassemus, tandem in Phyllitidem foliis laciniatis euasit: verum non adeò multipliciter dissectam, vt hæc est, cuius nos picturam damus, sed tribus duntaxat, aut quatuor laciniis: nec satis mirari potui tantam metamorphosin. Etenim plantule quas ad nos mittebat totæ tenelle & mollicelle erant, & plurimum ad Hemionitidis figuram accedebant.

Postea cum Bristolij essem, duxit me ad specum illam Diui Vincentij, vnde eruerat, idem Lobelius, & aliquot plantulas meis manibus euulsi, iis quas miserat  
similes,

## Phyllitis laciniata.



similes, hoc est totas tenellas, & molles; quibus persimiles aliquot deinde conspexi, ex Anglia in Galliam rediens, puteo quodam non procul Bononia, atque etiam Machlinia puteo illius diuersorij, cui symbolum Galea aurea, foro frumentario, ut mihi testis esse potest illustris vir Dn. Joannes de Brancion, cui eas ostendi.

VERVM Phyllitidis folia in vino pota, serpentium morsibus auxiliantur teste Dioscoride, quadrupedibus verò per os infusa, auxilio sunt, & in dysenteria aut resoluta aluo vtiliter potui datur.

### De Hemioniti peregrina.

#### CAP. XCVIII.

MERITO superiori coniungenda venit elegans hæc Hemionitis, quam Romæ ex veteris cuiusdam theatri ruinis erutam doctissimus idemq; candidissimus medicus Ioannes Henricus Gandauensis, mihi amicissimus, pie memoria, ex Italia redux mihi dono dedit, quam etiamnum cum Phyllitide laciniata & plerisq; aliis plantis, quas in meis peregrinationibus collegi, repositas habeo.

HVIUS folia quaternos digitos transuersos longitudine non excedunt, ferrei venabuli mucronis formam exprimentia, inferiore base duplicem apophysin habentia, & extrema parte mucronata: parte interna leui virore cõspicua, exteriori verò lineis obliquis, ex utraque nerui parte insignita, uti in Phyllitide vulgari, gustu acerbo & exsiccante quemadmodum Phyllitis: radices nigrae, fibrosæ, quales in legitima Hemionitide conspexi (& adhuc videre licet) quam clarissimus idemq; doctissimus D. Hippolytus Saluianus Romanus medicus iam memorato Dn. de Brancion Romæ vsq; misit,

Phyllitis  
peregrina.

qui

*Hemionitis peregrina.*

qui eam in fœtili etiam nunc alit.

GRÆCIS verò ἡμιονίτις ἢ σπληνίων vocatur, Latinis ἡμιονίτις ἢ  
σπληνίων.  
item Hemionitis & Splenion.

EA ex aceto pota, lienem absumere creditur.

### De Musco terrestri repente.

#### CAP. XCIX.

TENERRIMA est herbula, dodrantalibus, aut Muscus ter-  
restris.  
interdum pedalibus repens viticulis filo tenuioribus,  
numerosis, utrinque adnatis ramulis in obliquum ex-  
pansis, & subinde capillaribus, terre inhaerentibus qui-  
busdã suis fibris. Tota integitur numerosissimis foliolis  
sen squammulis potius tenuissimis pulcherrima serie  
digestis, dilutiore & pallefcente virore, & tactu molli-  
bus quidem, sed veluti siccis, gustu adstringente, cum  
quadam tamen grata dulcedine.

Nusquam hoc Musci genus conspexi, quàm in  
ageribus umbrosis Olinetorum ad Colibriam urbem  
Lusitaniae, & Academiam totius regni celeberrimam,  
vulgò Coimbra dictam, trans flumen Mondego, La-  
tinis Munda nuncupatum, non procul à deserto qua-  
dam sacello in colle sito, iuxta quod Linum silvestre la-  
ti folium collegisse me dixi.

### De Gramine.

*Muscus terrestris repens.*

## De Gramine. CAP. C.

VARIA Graminis genera nunc sunt cognita, & subinde alia ab aliis proponuntur & describuntur. Nemo tamen hæctenus illius Graminis iconem exhibuit, quod in magna Europæ parte vsuale est, præsertim per Hispanias & Gallias. Quoniam verò ob elegantiam, cognitu dignum est, illius descriptionem & iconem hic subiiciemus.

PEDALIBVS assurgit hoc gramen culmis, rotundis, purpurascens, geniculatis, è quibus angusta I.  
Gramen. promit folia, in acumen fastigiata, dura: culmi siue calami in quaternas aut quinas desinunt paniculas mixti ex atro purpureoq; coloris: radicibus longis, nodosis, geniculatis, candicantibus, sapore subdulci cum quadam adstrictione, quæ longè lateq; serpentes, subinde plurimis locis germinant, nouosq; culmos & folia proferunt.

Hoc gramine nihil vulgatius per Hispanias & Galliam, in agris, vineis, atq; etiã in maritimis, vbi multò latius & vegetius est, & minimi interdum, digiti crassitie radices erui.

DICITVR Græcis ἀγρωσις, Latinis Gramen. Sunt ἀγρωσις. qui Ischemonen Plinio lib. 25. cap. 8. nuncupatum esse putent; quorum sententiam probare non possum. Et enim multò aptius Ischemonis historia quadrare videtur Ischemon. Milij genus illud siluestre & supinum, in humidis nascens, foliis asperis & lanuginosis, quod celeberrimus Matthioli Panicum siluestre appellare videtur. Serpit, inquit, Plinius, è terra Milio similis, foliis asperis & lanuginosis, farcitur in nares.

Quòd si ad Pliniani Graminis vllum aliud genus referenda est hæc planta, aculeatum illud potius erit, cui, quòd in cacumine aculei sunt plurimum quini, Dactylus. Dactyli nomen inditum esse ait libro 24. cap. vltimo, & i  
illius

## Gramen.





illius aculeos conuolutos naribus inferi extrahiq; sanguinis ciendi gratia.

**RADIX** Graminis, inquit Dioscorides, trita & illita, vulnera conglutinat. Decoctum eius in potu, torminibus medetur, & urina difficultatibus: calculosa etiam excrementa comminuit.

**PERELEGANS** etiam Graminis genus inuenitur **II.** nonnullis Hispania locis aridis & sabulosis, quod superiori ferè folius & culmis simile est: sed paniculas breuiiores, crassiores, & numerosiores habet eiusdem quodammodo cum superiore coloris: & radicem non nodosam & serpentem uti illud: verum fibrosam & capillarem potius. Memini & id obseruasse & collegisse Lutetiano agro, non procul à traiectu Sequana, qui ferè est ad monasterium vulgò dictum Bons hommes, iuxta semitas frequentissimè, vbi vulgò à rusticis non Chien-dent, uti superius gramen, sed Amourettes appellatur, ob panicularum, ut opinor, elegantiam.

Gramen A.  
mourettes.

**ISTIUS** etiam planta multis Hispania locis, & olim Mompely obseruata descriptionem dare cõstitueram. Sed cum D. de Lobel, & alij quidam illam exactissime descripserint, superuacancum videbatur eius historiam hic repetere. Locum tamen dedimus ipsius iconi, quam delineatam & sculptam habui cum reliquis superioribus, ante quam illius doctissima lucubrationes in lucem prodirent.

**III.**  
Lacryma  
Iob.

Ut autem vulgò à herbariis Lacryma Job vocatur: ita Hispani Lagrimas de Moysen, Narbonenses Larmes de nostre Dame appellant.

Gramen amourettes.



## Lacryma Iob.



## De Iuncaria Salmanticensi.

## CAP. CI.

Iuncaria  
Salmant.

HVC referenda videtur ea herba quam Salmantices à iunceorum cauliculorum forma, & gracilitate Juncariam appellant. Tota enim iuncea est, sed Equiseti modo aspera & geniculata, foliis utring<sup>3</sup> Lini, & frequentibus ramulis ex alarum sinu prodeuntibus, copiosos & paleaceos candicantesq<sup>3</sup> flores proferentibus, semen deinde exiguum, nigricans: radix tenuis & candida. Tota herba subdulcis est.

Provenit locis arenosis inter vineta secundo à Salmantica lapide. Floret Julio, semen profert Augusto: quo tempore, etiam subinde recens germinat.

De Sparto

## Iuncaria Salmanticensis.



## De Sparto Plinij.

## CAP. CII.

I. **NUMEROSA**, tenuia, iuncea, viridiaq<sup>3</sup> habet folia ex eadem radice prodeuntia cubitali longitudine, quae dum nouella sunt, latiuscula conspiciuntur, & interiore parte canescentia, successu vero temporis contrahuntur, & conuoluuntur, fiuntq<sup>3</sup> iuncea, dura, flexibilia tamen, & marginibus ita coniunctis, ut vix rima appareat, nisi diligentius obserues. Ex his culmi exiliunt foliis paulò longiores, qui vere & astate paruum paniculam arundinaceam ferunt, simili prope modum ratione florentem: deinde oblongum semen, veluti nonnulla Graminis genera: radicibus nititur fibrosis & perennibus, & multae simul enascuntur planta contiguae Iunci modo, ut nonnunquam una planta, siue multarum simul congestarum platarum cumulus, duorum pedum spatium, aut amplius in ambitu occupet.

Plurimum nascitur collibus arenosis inter Vaëna et Alcalal Real, & aliis Baticae locis: sed omnium copiosissime ab initio Granatensis regni, siue Baticae limitibus, vsq<sup>3</sup> ad Murgim urbem, vulgò Murcia dictam, ut non sine causa totus ille tractus veteribus appellatus sit Spartarius campus, quo etiam noua Carthago, vulgò Cartagena, vrbs maritima continetur, quae a nonnullis Spartaria etiam cognominata est, ob Sparti (ut puto) eo agro nascentis abundantiam. Nascitur & Valentino regno, superioribus longè vberius, & latius.

EST verò Spartum hoc, quod Hispanis, apud quos nascitur, etiam nunc Sparto dicitur, illud ipsum quod Plinius lib. 19. cap. 2. describit. Eodè enim in vsu nunc est apud Hispanos, quo fuit Plinij tempore. Nam ex crudo & siccato tapetes seu aulae, storias, corbes, rudentes

## Spartum Plinij.



dētes aliosq; funes conficiunt. Ex eo autem aqua, quemadmodum *Linum*, macerato, deinde siccato & tussō, calceaminis genus quod ipsi *Alpergates* appellant, funes etiam & alia subtiliora opera. Praefertur id quod *Valentino* regno crescit.

II. *Spartum aliud.* **ALIUD** *Sparti* genus nascitur *Murciano* regno, humidioribus praesertim locis, superiore tenuius, cuius rarus admodum est vsus, storus aut huiusmodi operibus conficiendis: sed plurimus ad lineos saccos quos lectis substernant, implendos, quemadmodum nos stramine uti solemus, quoniam molliore tenuioreq; sit iunco quam primum: paniculam fert breuem, & pericarpio quodam siue membraneo folliculo, uti *Narcissi* & similibus ferē flores, inclusam.

Nascitur eodem quo superius modo; & paulo maturius floret: etenim *Martio* cum flore collegi.


**INCOLÆ** *Albardin* vocant, nescio qua moti ratione, nisi fortē quod eo clitellas suas ex crassiore *cannabino* panno confectas, quas iumentis imponunt, quasq; *alabardas* vocant, isto *Sparto* impleant.


III. *Spartum tertium.* **INVENITVR** apud nos atq; etiam nonnullis *Gallicae* locis in aggeribus illis sabulosis Oceano oppositis *Sparti* quoddam genus *Halm* ab incolis vocatum, quod priori ferē simile est: sed multo maius & rigidius, cruribus eorum quibus per eos aggeres sine ocreis iter est, permolestum: pungit enim & cutim penetrat. Crescit eodem modo quo superiora, spicam autem fert *Secales* instar ferē: nullius, quod sciam, vsus, nisi ut latis suis cespitibus arenam firmiorem reddat, ne tam facile undis marinis & fluctibus eluatur.

Finis libri secundi.



Spartum aliud.



*Spartum tertium.*

## A P P E N D I X

PEREGRINARVM  
ET ELEGANTIVM NON-  
nullarum plantarum, ex Thracia  
vsque delatarum,

EIVSDEM

CAROLI CLVSII A.

LECTORI.

**C**OGITABAM elegantium harum plantarum  
descriptionem in aliud tempus differre. Verum  
postquam intellexi Hispanicis nostras observationes  
prelo nondum potuisse subiici: rei herbariæ studio-  
sis gratificaturum existimaui, si istas ad Hispanicarum  
calcem adiicerem, quibus interea frui possint, dum  
in eorum gratiam Pannonicarum stirpium historiam  
conteximus.

De Tulipa.

## De Tulipa.

**I**STIVS planta peregrina; vulgò Tulipa dicta; duo genera observari: non quòd forma inter se differant, sed quòd alterius flores præcoces esse soleant, alterius vero serotini. Hoc genus Turcas sua lingua Cauala lalé appellare animaduerto, illud autem Café lalé: à locis nimirum, unde primum Constantinopolim fuerunt illata, nomine indito: lalé enim illis florem significat.


Cauala lalé.

Café lalé.

Tulipa.

**V**TRVMQVE verò pedalem profert caulem, interdum etiam cubitalem aut ampliorem, rotundum, virentem, & breui quadam incanaq; lanugine aspersum, non concavum, sed firma medulla plenum: hanc plerumq; terna amplectuntur folia, nonnunquam quaterna & quina, inferiora lata admodum & liliacea, longiora tamen & crassiora, carinata, supra terram sese pandentia & contorquentia, superiora autem minora & angustiora, eaq; vel propendentia, aut sursum erecta: omnia autem colore ex caruleo virente, aut erugineo, velutiq; farina asperso, & oris interdum adeò reflexis vt sinuosa videantur, interdum minime. Summo caulli insidet magnus flos sursum spectans, sex foliis vt plurimum constans (tametsi & septenis & octonis conspexerim) calathi aut cyathi modo sese in fundo pandens, ex quo sena, aut totidem quot foliis constat, stamina prodexunt, modo lutea, modo pallida, modo nigricantia, pediculis etiam qua stamina sustinent, mirum in modum colorem variantibus. Excusso flore, succedit membranaceum triangulare caput, satis magnum, quandoq; oblongius, quandoq; breuius, ventreq; magis prominulo: quo in tres partes a summo dehiscente, conspiciuntur sex ordines seminis plani, cartilaginei, liliacei ferè, & circinata propemodum rotunditatis, pallidi, fulvi, aut rubescentis. Radix bulbacea interdum breuior est;

## Tulipa.



est, interdum oblongior, crassa, inferiore sede nonnihil prominente, vti fere in Colchico, fibris aliquot tenuibus donata, & foris nonnunquam fuluescente, magna vero ex parte nigricante membrana obducta, qua interiore parte lanuginosa est, quemadmodum castanearum cortex, quandoq<sup>3</sup> autem adeo densa tomēto plena, ut mollissimè recubet radix, qua solida est, firma, & velut albumen oui coctum candida, gustantiq<sup>3</sup> dulcis, nec ingrata.

Tulipa prae-  
cox.

SUMMA autem in Café lalè est coloris varietas: nec maiorem in vlllo alio flore vidisse memini, nisi fortè in papauere. Etenim aut omnino luteus est, aut ruber, aut albus, aut purpureus: interdum etiam bini vel plures ex his in eodem flore permixti conspiciuntur colores. Non desunt qui cinerei omnino coloris, sunt qui & cerulei vidisse se dicant: mihi verò hæcenus videre non contigit.

- I. Lutea Tulipa aut ad auri fulgorem accedit, aut pallet, foliorum autem unguis plerumq<sup>3</sup> aurei sunt; odor quasi cere recentis, siue etiam croci, interdum nullus, vel admodum imbecillus.
- II. Rubra color nunc saturatior est, nunc dilutior & aspectu incundissimo, modo etiam inelegans & obsoletus: foliorum unguis vel lutei omnino, aut veluti leuis quadam fuligo luteum aspergit: in quibusdam nigra macula medium unguem luteum tantum inficit, in aliis verò magna, ut nihil nisi lutea quadam linea nigrum unguem ambiens conspiciatur: interdum adeo magni sunt isti unguis, ut dimidiam folij partem occupent. Huius verò odor alias gratus est instar mali aurei, magna verò ex parte obscurus admodum, vel papaueris virus quodammodo referens.
- III. Alba omnino candidus est, nisi tria exteriora folia dorso

dorso nonnihil cinerei coloris admistum habere viderentur: unguis lutei, pediculi & stamina pallent.

Purpurea alias saturatior est, & violaceum siue IIII. amethystinum colorem habet, alias pœonia floris amulla, nonnunquam dilutior, & prouincialem (quam eruditiores prenestinam vocant) rosam colore referens, interdum verò adeò diluta, vt albescere videatur: omnium autem unguis cum staminibus aut pallent, aut lutei sunt coloris. Inuenitur & odora, & inodora.

Varia adeò multiplex est, vt difficile sit omnes eius V. differentias verbis exprimere. Nam cum cuiuscunque tandem præcocis Tulipæ semina excussa, & tellure sepulta germinent: per pauca admodum natiuum matris colorem retinent, sed in varios colores transformant flores, maxima autem ex parte in luteum degenerant. Hinc fit vt alios partim albos, partim purpureos; alios partim rubros, partim luteos aut aureos; alios coloribus luteo siue rutilate, albo, purpureo, aut rubro simul permixtis conspiciere liceat: ita tamen, vt singuli colores aliqui segregati, radiatim sibi inuicem permisceantur: & ij quidem aut intensiores aut dilutiores, vel densius aut rarius inter se commixti, nonnunquam etiam altero colore virgatim duntaxat, idq; leuiter alium, per medium folium, aut summas oras, intercurstante. Omnes autem flores sessili parte lutei sunt, siue luteos habent unguis: & alij odorati, alij inodori.

IN Serotina tantam colorum differentiam non obseruari, sed luteas solummodo & rubras. Tulipa serotina.

Lutea cum præcoce eiusdem coloris ferè conuenit, nisi I. quòd firmiore crassioreq; & longiore plerunq; sit caule. Eadem odora inuenitur & inodora.

Rubra color plerunq; saturatior est & quasi nigricat: II. foliorum unguis aut lutei sunt omnino vt in præcoce,

k aut

aut omnino nigri, vel macula nigra nunc minore nunc maiore luteum inficiente, nonnunquam etiam quasi totum occupante. Firmior & haec est, atq; altior praecoce: eademq; aut odora, aut inodora.

OMNIVM autem cum in praecoce tum in serotina florum folia sunt extremo apice mucronato aut orbiculato: vel tria tantum interiora orbiculata, exteriora mucronata, & e contra.

Quarundam etiam flores diutissime in sua coloris elegantia & venustate perdurant, aliarum vero magis caduci & brevi marcescentes: omnes certe nubilo calose se contrahunt, & pluuio facile corrumpuntur, etiam ante quam expandi possint: contra, sole illustrati sese explicant, & diutius conseruantur.

Tulipa variis modis fertur.

CATERVM tamen si seminibus terra mandatis, huius plantae genus conseruari soleat: interdum tamen & nucleis maiori bulbo (sed raro) adnatis propagatur: memini & bulbos inter folia enatos, qui terra commissi, eiusdem coloris cum matre plantam produxerint, quemadmodum etiam nuclei matri adnati. Ex seminibus vero quae sit propagatio, planè (vti dixi) incerta est.

Solet caulis e medio bulbo erumpere: sed ipso cum foliis iam marcido & siccato, si bulbum eruas, ad latus ipsius bulbi ex basi enatum conspicias; nouo veluti bulbo paulatim succrescente, & totius plantae succum ad se recipiente, quo tempore commodissime erui potest, & in alia loca transferri. Idem etiã euenit in fride bulbosa, & aliis congeneribus.

QVO nomine veteribus dicta sit haec planta, multi dubitant. Sunt tamen peritiores nonnulli, qui ad Satyrium Dioscoridis, quibusdã τοψουλον cognominatum, referendum censeant, ad cuius sanè descriptionem multis notis accedit. An verò isdem facultatibus cum

Satyrio



Satyrio pradita sit, neminem periculū fecisse intellexi.

Potuisset forte ante aliquot annos Antuerpianus quidam mercator certi quidpiam ea de re statuere. Is enim cum horum bulborum non exiguum numerum ab amico unā cum byssinis pannis Constantinopoli sibi missum accepisset, cepas esse existimans, aliquot ex eis assari iussit, & vulgarium cepearum modo ex oleo & aceto in cœnam sibi parari; reliquos in horto, inter brassicas & alia olera defodit, ubi neglecti, omnes breui perierunt, præter paucos quos Georgius Rye mercator Machliniensis, rei herbariæ perquam studiosus ad se recepit: cuius sanè diligentia & industria acceptum referre debemus, quòd eorum postea flores gratissima varietate spectabiles videre nobis licuerit.

#### De Bulbo Eriophoro.

HIC est ille bulbus, cuius florem tam diu Belgium videre desideravit. Nam plurimis annis summa diligentia nobis istic excultus, ut in maximam amplitudinem excresceret, & se mirum in modum adnatis propagaret, adhibita etiam omni cura, ut ad florum generationem perduceremus, nihil tamen efficere potuimus. Et postquam accessit illustrium quorundam Venetorum qui ad nos perscripserunt testimonium, eius florem (tamen si plus quam decennium hunc bulbum in suis hortis coluerint) nunquam conspexisse: factum est, ut sterilem esse, neq; florem aut semen proferre arbitraremur, præsertim quando id vitium numerosa nucleorum sobole abunde compensaret. Verim aliter rem se habere, superiore Maio deprehendi.

Nam cum præterita hyeme aliquot eius bulbos Muscati maioris nomine cum plerisque aliis rarissimis

## Bulbus Eriophorus.



plantis, Constantinopoli rediens attulisset D. Philibertus de Bruxellis s. c. m<sup>is</sup> dapifer, & ex illis nonnullos pro nostra amicitia mihi dedisset, partem ipse plantavi, partem clariss. vir D. Joannes Aicholzius medicus & professor Viennensis: mihi omnes perierunt, illi verò duo egregie creverunt, alter etiam floruit non sine ingenti mea latitia, quam omnibus rei herbarie studiosis istius bulbi descriptione testatam esse volui.

SUNT ergo illi multa oblonga folia, Hyacinthinis Bulbus erio-  
ferè similia, minus carnosà & succulenta, duriora ta- phorus.  
men, viridia, mucronata, sapore ingrato, quibus minutissimè etiam confractis, tenuia quedam fila instar tela araneorum diduci possunt. Ex horum medio caulis exit cubitalis aut amplior, rectus, Scillini caulis æmulus, laevis, nudus, virescens, superiore verò parte ad ceruleum colorem tendens: in summo veluti oblongam ac densam fert spicam in denos vel plures versus distinctam, viridem primum, sed paulatim (dum sese explicat in flores) ceruleum colorem contrahentem: constant flores senis foliolis stellatim expansis, triangulo umbone in medio protuberante, Hyacinthi autumnalis floribus propemodum similes, inodori, colore cum suis pediculis ceruleo & internis staminibus, quorum apices initio purpurei sunt, & ubi sese explicarunt, veluti pallecente quadam farina aspersi. Incipit florere ab imo, vti Scilla solet, & reliqui magna ex parte bulbi, qui flores racemi aut spicae in modum confertos habent. Voluimus etiam semen observare: sed flores admodum caduci, statim marcescere coeperunt, & relictis in caule tantummodo pediculis deciderunt. Radix crassa & bulbosa est, ex plurimis tunicis contexta, alba, tomentosa, & veluti araneorum telis obsita, multos adnatos bulbos habens, & crassis oblongisq; fibris nitens.

Επιφθορου nomen huic bulbo inditum, ob tomenti copiam, quod lana modo in stamina diduci potest.

Solus Theophrastus inter veteres lib. 7. histor. cap. 13. Eriophori meminit bulbi, eum in littoribus nasci, lanamq; sub primis tunicis habere, ex qua toga & alia vestes conficiantur.

Eius testimonium adfert Plin. lib. 21. Natur. hist. cap. 2. Addit Theophrastus quod internum est in eo bulbo, mandi: cuius nullum fecimus periculum.


### De Muscari.

Ex Constantinopoli primum relique Europa communicata est etiam hac planta, que ob suavissimum odorem silentio praterenda minimè fuit.

Muscari.

HABET autem quina aut sena oblonga folia, per terram diffusa, & hac illac inflexa, caniculata, satis crassa & succulenta, Hyacinthi primi Matthioli foliis perquam similia, que cum primum germinant, purpurascunt. Ex horum medio caulis vere erumpit satis crassus, rotundus & nudus, sed admodum infirmus pro sua crassitie: hunc à medio ferè ad summum racematim coherentes ambiunt flores, vrceolis propemodum similes, initio interdum purpurascences aut virides, deinde ex purpura virentes, aut ex virore albicantes, vel nigricantes, deinde pallidi, qui marcescere incipientes gratissimum moschi ferè odorem referunt. His succedunt pragrandia, triquetra, & veluti pinnata capitula, in quibus semen continetur nigrum, rotundum, magnitudine Orobi, aut omnino ferè simile illi Hyacintho primo iam memorato, qui veluti comam ex ceruleo purpurascens taminibus contextam summo caule gerit. Radix subest magna, albicans, multis tunicis  
ceparum

## Muscari.



ceparum more contexta, & frequentibus crassis fibris ex ima sede prodeuntibus firmata.

Ab imo flores aperire incipit, uti superior.

AD Hyacinthi genera proculdubio referri debet hæc planta, cuius primam notitiam amplissimo viro Jacobo Antonio Cartuso acceptam referimus, qui eam illustri ac generoso viro Dn. Joanni de Brancion pie memoria, summo meo amico, ante aliquot annos in Belgium misit Tibcadi nomine.

Tibcadi.

Clariss. Matthiolus eius iconem exhibere videtur capite de Bulbo vomitorio, nulla tamen addita descriptione.


Constantinopoli verò semper missa fuit Muscari appellatione, ob insignem videlicet odoris suavitatem, qui quodammodo ad moschum accedere videtur, vel ad eorum potius pastillorum fragrantiam, qui ex benjoin aliisque odoratis fieri solent.

### De Acoro.

Acorum legitimum,

ACORO sunt folia fridis tenuifolia maioris, longiora multò, & elegantissimo virore nitentia, dorso aliquantulum vring, extante, ut in Xyphii foliis, quorum formam admodum amulantur, et illorum aut Iridis lutee palustris modo alia ex aliis prodeunt, mediumque folium reliquis plerumque oblongius est: sunt autem gustu non ingrato, sed amaricante, tritaque iucundo & aromatico spirant odore. Sub hyemis initium marcescunt & siccantur, primo autem vere nova germinant, quemadmodum in fride angustifolia: tamen etiam siccata & exsucca odoris gratiam retinent. Radices illi sunt oblonge, foris candicantes, intus candidissime, frequenter sed inæqualiter geniculatæ, firmæ, odoratæ, gustu sub-amare

## Acorum legitimum.



amaro & acri, innumeris parte inferiore adnatis fibris albicantibus: serpunt autem & summa tellure sese diffundunt, atq; in obliquum aguntur, ex singulis ferè geniculis alternatim noua germina producentes.

SECUNDVS nūc agitur annus, quòd summus imperator Maximilianus huius nominis secundus, dominus meus clementissimus, hanc plantam alat, a generosis D. D. Augerio de Bousbecke, & Carolo Rym. Cesareis ad Turcarum imperatorem Oratoribus cum multis aliis rarissimis plantis donatam: nunquam tamen florem, imò ne caulem quidem videre contigit.

Retulit autem mihi idem D. Augerius, nullum, etiam vbi spontè nascitur, vel florem vel semen proferre: sed duntaxat quaedam nucamenta, nucis Ponticæ iulis similia, è ramulis ex laui caule prodeuntibus dependentia, quemadmodum diligentissimè obseruabat doctissimus Quacelbenus, eius, dum Constantinopoli Oratorem ageret, medicus, quem in Bithyniam vsque huius plantæ cõquirende gratia ablegarat: quod etiam clariss. Matthiolus ex eiusdem Quacelbeni epistola in commentariis suis annotauit.

Acotinatales.

NASCITVR autem ingenti quodam lacu, ad radices montis præcelsi iuxta Prussiam Bithyniæ urbem.

VIRES ac facultates Acori Dioscorides, Galenus, & alij pleriq; satis latè persecuti sunt, ad quos lectorem remittimus.

De Anemone



## De Anemone pleno flore.

NEQUE harum plantarum elegantia permittit, ut eas silentio præteream. Vtrag<sup>3</sup> autem ad Anemones genera referenda.

PRIOR multa ex una radice promit folia, Anemone latifolia flore purpureo, aut Sanicula haud multū dissimilia, dura, nervosa, in tres lacinias profundiores diuisa, deinde per ambitum serrata, supernè nigricantia, infernè candidiora, sapore feruidissimo, & si gustentur, illicò linguam vrente, ante hyemem etiam germinantia, quemadmodum in reliquis Anemones generibus. Inter hæc caulis vnus aut alter prodit palmaris, nonnunquam etiam pedalis, nudus, subhirsutus, qui circa cacumen tria exigua folia ab eodè ferè exortu prodentia, & simul caulem amplectentia profert, deinde in summo magnum ac latè expansum florem, numerosis foliis constantem, quorum externa & maxima dena aut duodena colore viridi sunt, interna verò minora & angustiora, dilutiore purpura nitentia, circa umbilicum simul glomerata. Radix crassa, & in aliquot capita extuberans Anemones latifolia purpurea modo, foris nigra & scabra, intus alba & solida, gustu ingrato & fauces coarctante, multis tenuibus fibris capillata.

Anemone  
latifolia flore  
multiplici

ALTERA, quina, sena, aut plura habet folia multifida, & Oenantes prima, siue Bulbocastani ferè modo, in multas tenues lacinias diuisa, dilutiore colore quam superioris virentia; caulem etiam pedalem priori similem, sed non aequè crassum, quem item circa summum tria tenuius incisa ambiunt foliola, florem etiam (quemadmodum in omnibus Anemones generibus) ante quam aperiatur occultentia, qui summo cauli insidēs, succrescente caule explicatur in dena aut plura folia hirsuta,

Anemone  
tenuifolia  
flore multi-  
plici.

*Anemone latifolia flore multiplici.*

Anemones latifoliae flos multiplex.



*Anemone tenuifolia flore multiplici.*

hirsuta, latiuscula, & maiuscula cocci modo rubentia, que numerosa tenuiaq; foliola Bellidis multiplicis flori perquam similia, & colore coccineo saturatiore, amplectuntur. Radix non multum a superiore discrepans, oblongior paulo, foris etiam rugosa, nigricans, & tenuibus capillamentis fibrata, intus vero candida, & eiusdem cum superiore gustus.

Istius etiam meminimus secundo nostrarum Hispanicarum observationum libro: sed cum hoc anno nobis pulcherrime floruerit, non potui illam superiori non coniungere cum sua icone paulo accuratius expressa.

VTRAQUE vere floret cum altis Anemones generibus: quarum viribus proculdubio etiam respondent. In neutra autem semen observari, & haud scio an seminifera sint.

CONSTANTINOPOLI anno superiore ad nos sunt delata Giul catamér nomine: lingua autem Turcica catamér siue catemér plenum seu multiplicem significare, ab iis qui istuc diu vixerunt, intellexi.

Giul catamér.

Quod si Anemones aliquod genus ad Adonidis florem Ouidio lib. 10. Metamorph. descriptum referendum est, nullum haecenus conspiciere mihi licuit, quod eius descriptioni proximius accedat, quam quod hic exhibemus: etenim sanguini concolorem habet florē, siue succo prematuri mali punici, eius praesertim quod dulci seu vinoso succo praditum est.

Adonidis flor.

De Ranun-

## De Ranunculo Constantinopolitano.

**Ranunculus Constantinopolitanus** PEDALEM habet caulem, in duos aut plures ramos diuisum, quorum extremitatibus insident flores magni, multipliciq; foliorum glomeratione constantes (vt in Ranunculo vulgari tuberoso flore multiplici) sed pulcherrimo cocci colore rubentes: folia circa radicem quina aut sena diluto virore nitentia, media forma inter palustris & echinati Ranunculorum folia: quae verò per caulem sparsa sunt, minora, nec adeò incisa, nec admodum frequentia: multa illi radices simul congesta, Lusitanici Ranunculi radicibus persimiles, asphodeliformes, flavescentes.

HVIC Ranunculo Constantinopolitani cognomen addidi, quòd istis quibusdam hortis inueniri intellexim. Certè huius iconem viuis coloribus expressam mihi liberalissimè communicauit generosus Dn. Carolus Rym, Caesaris Maximiliani II. Augusti Consiliarius, Constantinopoli rediens.


Cuius verò sit temperamenti, affirmare non ausim: verisimile autem est, usdem facultatibus esse praeditum cum aliis Ranunculi speciebus.

FINIS.

## Ranunculus Constantinopolitanus.



APPENDIX  
Botanical Cabinet of the University of Cambridge





## STIRPIVM QVÆ

IN HOC LIBRO

CONTINENTVR.



Bies marina Belgica, pagina 27	187	Anabasis	187
Abies marina Theophrasti 26	189	Anagyris, ἀνάγυρος ἀνδράχη ἀργία	187, & 439
Abrotonum fem. Salm. 1. 2. 230, 231	186	Androsace	186
Acacalis 120	297	Anemone, ἀνεμώνη, & eius diuersæ species, 306, 308, 311, 313, & 523	297
Acarne Theoph. 451	479, & 481	ἀνθρικόν	297
ἀχιλλειον 370	189	Anthyllis	479, & 481
Acorum 520, & 522	223, 224, & 225	Apocynon, ἀπόκυνον, & Apocynus	223, 224, & 225
ἀκυλον Acylon 33	173	ἀπόλινος	173
Adonidis flos 527	94	Arbor sancta 55	94
ἀείζων τὸ μέγα 122	98	Arbor Filici similis	98
ἀργιέλαια 49	497	Arbutus 76	ἀρχιλοσάφυλος 80
ἀργυπίλιος ἠπὸνίλιος κύαμος 301	304	Aris Plin.	304
ἀιτάλιος 173	302, & 304	Arisarum, & eius species,	302, & 304
Aiuga adulterina 481	317, 319, 321, 323, & 325	Aristolochia ἀριστολοχία, & eius species	317, 319, 321, 323, & 325
Alaternus 1. 56	227	Artemisia	227
Alaternus 11. ibid.	208, & 210	Aspalathus & eius species	208, & 210
Albucum Plin. 297	462	Asparagus & eius species	462
ἀλικιὰ καθόν 402	294, 295, & 297	A sphodelus ἀσφόδελος & eius species	294, 295, & 297
Aloë America 442	380, & 381	Aster Atticus ἀστὴρ ἀττικὸς	380, & 381
Alsine repens 413. coniculata 415	460, 466, 468, & 469	Astragalus & eius species	460, 466, 468, & 469
Althæa 90 & 92	1		2
Alypum 179, & 486			
Alysson Galeni 386			
ἀμάρανθος 367			
Ambrosia 228			
ἀμυγδαλοειδής 437			

Aure-

Aurelia	367	κίσαρον, κίτριον	140
Auricula muris	417	κίστες, Cistus & eius species	134, 140, 143, 146, 149, 153, 155
<b>B</b> accharis	378	Clematis Dioscor. & eius species	
Besafa Syrorum	426	cies	221
Bolbina	260	κνείδος κόκκος	173
βουβάνιον	381	κνέαρσ & κνέαρσ	173, 183
Brassica campestris	409	Cnicus alter	453
Bruta Plinij	98	κώσιος	437
Bryi genus	25	Coccum	35
Bulbine Plinij	269	Coccus infectoria	ibid.
Bulbus Eriophorus	515	Cocci ilex	ibid.
		Coccus Pausaniae	36
<b>C</b> anna Indica recentiorum		Cocci baphicae historia	36
328		Cocci parandi ratio	38
Cantabrica	385, & 386	Colocasia	299, & 301
Capnos tenuifolia	374	Colchicum & eius species	266
Carlina siluestris minor	451	Colytea Theoph.	44
Casia quorundam	181	κόμαρος 78 κρητήσ	437
Caucon	187	Condrilla & eius species	376,
Cauda Vulpina	187	417, & 419	
Cedrus Lycia	104	Consolida aurea	153
Cedrus minor Phoenicea	101	Conuoluolus folio Althææ	383
Centauriū, & eius species	355,	Conyza κόνοζα, & eius species	
& 357		376, & 378	
Ceratia	44	Coris quorundam	485
Cercis Theoph.	ibid.	Corruda & eius species	457, &
Cerithe quorundam	410	460	
κεράντια 44 κίτσος	173	κόπιος 49	Cotyledon 332
Chamædaphne	80	Crocus & eius species	258, 260,
Chamægenista peregrina	208	262, & 264	
Chamelæa, χαμέλαια	169, 171,	Croton	186
& 173		Cupressus marina Belgica	27
Chamelæon Salmantic.	449	Cyclaminus altera Dioscor.	413
Chamæsyce, χαμείσουκη	441, &	Cyix	260
442		κυνοκραμύθ	225
χαράκις	437	Cynoglossum fortè	488
χρυσάνθεμον, & Chrysanthemū		Cytisus & eius species	190, 193
Valentinum	367, & 368	<b>D</b> actylus	497
Chryfocome	367	δάφνη άργία	84
Cinnabaris Dioscor.	15	Dentilaria	433
			Dit,

Dit, arbor	44	Harmala	424, & 426
Dorycnium Hispanicum	201	Hastula regia	297
Dorycnio congener planta	203	Helenium Aegyptium	471
Draco arbor	11	Helioscopium Plinij	395
		Heliotropium minus tricoccū	ibid.
<b>E</b> Læprinos	59	395 Supinum	ibid.
Ελαια ήμερος	47	Helyanthemom	153
Eleagnus Theoph.	54	Hemerocallis	289
ελείθευσαν	367	Valentina	287
Elichryson, ελίθευσαν	366, & 367	Hemionitis peregrina	493
Ephedra	187	Heptaphyllon	489
Erica, & eius species 107, & 108		Herba S. Antonij	433
Erinacea	213	Hippoglosson Valentinum	179
ερπυλλος άρρητος & ζυγίς Dioscor.	238	Holestion Dioscoridis	488
Eruca peregrina	420	Holosteum Salmanticum, prius & alterum	486
Eryngium Vegetij	448	Hyacinthus & eius species	269
Pumilum	457	Hypecoon	406
		Hypericum supinum	427
<b>F</b> Aba Aegyptia	301	Hypocistis & eius species	134,
Fabago arbor	42	143, & 161	
Fremium	313	Hys Galatarum	36
Frutex coronarius	124		
		<b>I</b> Acca lutea	362
<b>G</b> Adensis arbor Posidonij	13	Iange	213
Genista tinctoria	199	Iasione	383
Genista Plinij	203	ιερά βοτάνη	372
Gentianella verna minor	353	Ilex maior	311
Glans vnguentaria	126	Ilex coccigera	33
Glaux	469	Inguinalis	381
Gluten alborin	89	Iouis barba arbor	53
Glycyrrhizon	448	Iris, & eius varia species	273,
Gramen	497	276, & 282, 284, 285, 286, 287	
Gramen Amourettes	500	Ischæmon	497
Granum viride	89	Iudæ arbor flore albo	42
Granum cnidium	173	Eius historia	ibid.
		Herba Iudaica	389
<b>H</b> Alicacabum Plinij	402	Iujubæ officinarum	52
Halimus & eius species	65, 72, & 74	Iuncaria Salmanticensis	302
		Iuniperus maior	99
		l 3	La-

<b>L</b> Acryma Iob	499	Montanum	424, & 426
Lactaria & Lactuca capri-		Molybdana	433
na	337	Morion Plin.	402
Lada	168	Murina spina	462
λάδαμος, Ladanum	ibid.	Muscari	519
Ladani colligendi ratio	168	Muscus terrestris	495
Laudanum offic.	ibid.	Myrica sativa	106 filue-
Lauendula multifido folio	234	stris	104
Laurus siluatica	80	Myrica galla	106
λάδον, Ledon, & eius variæ spe-		μυρσίνη	133
cies 157, 159, 161, 164, &		Myrte	ibid.
168		Myrtillus officinarum	80
λειμώνια Theoph.	306	Myrtus, & eius variæ species	
Lentiscus	84	127, 128, 131, 132, 133	
Lepidium	433	<b>N</b> Arcissus, & eius species	
Leucoium, & eius species	271,	245, 246, 249, 251, 254	
& 333		Nasturtium filuestre Valenti-	
Lilac	126	num	422
Limodorum	199	νευράς	215
Linaria & eius species	349, &		
350		<b>O</b> culus Christi	381
Linterna	59	Ocymastrum Valentinū	
Linum filuestre & eius spe-		391	
cies	352, & 353	Olea sativa	45
Lirium alterum	255	Oleaster siue filuestris olea	48,
Lotus, & eius species	52, & 55	& 65	
Lychnis filuestris	335	Oleæ historia	45
λυχνίτις	380	Oleastro historia	47
Lycium quorundam	71	Oleum de cade	104
<b>M</b> Andragora femina	400	Oliua alba	45
Maru, vel Almaru Aui-		Oliuæ legendæ tempus	ibid.
cen.	412	Onobrichis quorundam	468
Mastiche	86	Opition	261
Mastix offic.	ibid.	Orobathion	143
μήκων κερατίτις	406	Ofiris fortè Plinij	181
Medica marina	471	Oxyacantha	65
μεμαίκιλον	78	Oxycedrus 102 ὄξυμυρσίνη	133
Memitha	412	Oxys flore luteo	475
Moly Dioscor. & Theophr.	256	<b>P</b> Aederos Pausaniae	230
Indicum	258	παγκράπον ἢ ἀκίλλα	291
		Pan-	

Panacratium	289, & 292	πράσιον	239
Panax chironium	153	πρίνος	33
Papauer corniculatum	403	Pseudo-narcissus maior	255
Paronychia Hispanica	477	multiplex	256
πήλανον ὄρειον καὶ ἄγριον	424, &	Pulicaria	378
426		πυρὸς ἄχνη	173
Peplis	439		
Periclymenum rectum & eius		<b>Q</b> ercus, & eius species	19,
species	92, & 94	25, & 26	
Persea arbor & eius species	16,	Quisquilium	35
17, 18			
πέλλιον	29		
πέπλιον Hippocr.	439	<b>R</b> anunculus autumnalis &	
Phenion	313	eius species	315, 317,
Philyca Theoph.	59	526	
Phillyrea, & eius species	60, 62,	Refina lentiscina	86
& 63		ρήτινη περιμανθίνη	89
Phlomis lychnitis	378	ρήτινη σχισίνη	86
Phyllitis laciniata	491	Rhamnus & eius species	66, &
peregrina	493	69	
Phyllum marificum & femini-		ρόσηρον ἢ κύλινος	143
ficum	397	Robur, & eius species	19, 21,
Pimpinella spinosa	217	22, 23, & 25	
Pinaster & eius species	39	Rubia marina	463
Pinus silvester	38	Rubus Idæus Valentinus	220
Pistolochia	325	Ruta montana	422
Pityida quid	39	Pythagoræ	424
Placida Gazæ	19	Siluestris	426
Plantaginis angustifoliæ genus		Siluestris Diosc.	427
488			
Plumbago quorundam	433	<b>S</b> abina	97
Polium, πόλιον, & eius species		Sabina baccifera	101
241, & 244		Sanamunda & eius species	174,
Polygala, & eius species	196, &	& 177.	
198		Sanguis Draconis	13, 14, &
Polygonum, & eius species	181,	15	
183, & 477		Satyrium Dioscor.	514
πολύριζον	327	σατέριον περίφυλλον	154
Polytricha	462	Scabiola Hispanica maior &	
Poterium, ποτήριον	215	minor	364, & 366
Portulaca marina	75	1 4	Scam-

Scamonea Valentina & Mom- peliana	225	Telephium Hispanicum	330
Scilla & eius species	289, & 292	Terebinthus Indica	87
σχίλος	86	Mas & femina	ibid.
Scolimus Dioscoridis	449	τέρμινθον	89
Theophrasti	446	Teucrium Bæticum	228
Scorpius	211	Thapsia latifolia	429
σκορπίουρος	393	manticensis	431
Sedū & eius species	121, & 122	Thya Theophr.	97
Selinum peregrinum	431	Thymelæa	171
Serpyllum Zygis	238	Thymum legitimum	236
Seseli Massiliense	432	θύμος Dioscoridis	237
Sideritis heraclea	389	Thymum durius siue	Plinij
Siliqua siluestris	42	237	
Silybum Salmanticensium	448	θρακίς	380
σιυρίχιον Theophr.	282	Tinus & eius species	80, & 81
Sisyrichiō maius & minus	279, & 280	Tithymalus & eius species	435, 436, & 437
Smilax & eius species	218, & 220	Tragacantha altera	215
Solanum somniferum	402	τραγούριανος	239
Sparganium Plaçæ	254	Tragoriganum & eius species	238
Spartum, & eius species	203, 206, 406, 504, & 506	Tragum siue traganum	186
Splenion	495	τρίβολος χερσαίος	465
σιχάς, σιχάς	234	Tribulus terrestris	ibid.
Stœbe Salmantica, prior & alte- ra	359	Trifolium Salmanticense	473
Stœchas, & eius species	232	Tuberes	51
Stratiotes lutea	370	Tulipa & eius species	510, 512, & 513
στρατιάτης ὁ χηλίοφυλλος	370	Tulipa variis modis seritur	514
Suber & eius species	27, 28, 29		
Et eius historia	30	V	
συκῆ	442	Erbaſcum ſilueſtre	380
Sycomorus	55	Verbenaca ſupina	372
Syringa & eius species	124, 125, & 126	Verrucaria	393
		Vesicularum in terebintho v- ſus	90
		Viſcum oxycedri	102
		Viſcum in oleis naſcens baccis purpureis	47
<b>T</b> Amarifcus officin.	107	Vitis Idæa Theophr.	80
Tamarix	ibid.		Vm-

Vmbilicus Veneris	332	<b>Z</b> Ἰζύφα & Ζίζύφα	52
Vnedo	78	Zizypha & zizyphus &	
Vua marina vulgaris	183	cuius variæ species	49, 52, &
Vua vrfi	78	53.	

## A L T E R

## I N D E X S T I R P I V M

PEREGRINIS, HISPANICIS ET  
ALIIS VVLGARIBVS LINGVIS EXPRES-  
SARVM NOMENCLATVRAM CONTINENS.

<b>A</b> Bhel	97	Arbol parayfo	54, & 55
Abrojos	465	Arbouies	78
Açoteifo	52	Arbouifier	ibid.
Açuçenas amarillas	255	Arbre de vie	98
Adorna	65	Ardiuieja	161
Ajunjera	419	Arnaballo	437
Alader	65	Arueira	86
Alatrerna	59	Arzolla	364
Albardin, Alabardas	506	Afcolimbros	448
Alcolcaz	299	Afpergates	506
Alcornoque	29	Afprilla	479
Alfabeca	466	Atorga	120
Algarouo loco, arbol	42	Aulaga	210
Algarouo & garouo	45	Azadarac	54
Alichrin Frances	234	Azebo	65
Allega-caon	220	Azebuche, azuche	49
Almaltiga	86	Azedaraeth, arb.	55
Altamiza	244	Azeytuna, azeyte	47
Amapolas moradas	406	Azeyte de mata	86
Amores mios	289	<b>B</b> Ataras	297
Amores	299	Belcho	186
Arayhan, & Arayhan Morifco		Belefa	433
133		Bellota, abillota	33
Arbol d'amor	44	Bobas	381
		1 5	Boga,

Boga,boxa blanca	193	C,umillo	429
Boza	226	<b>D</b> Alader	59
Breço	120	Dit,arbox	44
Bruyere	ibid.	Durillo	84
Burhalaga	177	<b>E</b> Nebro	104
<b>C</b> Abeçuela	562	Ensfayon	122
Cade	104	Enxalmos	432
C,adorija	408	Enzina	33
Cafçalalé	510	Eoule,ou cheſne verd	33
C,amarilla	244	Erizo	213
Camarinhera, camarinhas	120	Eſcabon	196
Camotes	299	Eſtepa	138,& 157
Campanilla	255,& 381	Eulalia	210
Cañaheja	429	<b>F</b> Auterne	327
Cancaſon	258	Filiguero	59
Canqueſſo	234	Fil y agulla	444
Carafca	35	Follado	84
C,arça-parilla	220,& 327	Frailillos	304
Cardon 444, Cardon lechal, ſi- ue lechar	448	<b>G</b> Amarfa	426
Carouges	45	Gamonçillos	297
Carra	400	Gamones	ibid.
Cafca	59	Garuançillos	466
Cauálalalé	510	Garouo	45
Cebolla albarrana	292	Garoupe	171
Cebolla de culebra	297	Giglio marino	289
Cebollina	254,& 260	Giul catamér	527
Chermafel	106	Giul catamer lalé	313
Chermes	35	Gramen Amourettes	499
Cogombrillos amargos	426	Grana de tintoreros	35
Collejon	410	Graine,vel graine d'oſcarlate	35
Conzanbac	289	Guainier arb.	44
Coquelourdes, Coelez	315	Guardalobo	181
Coraçonçillo	427	Guindolier	52
Corcha de alcornoque	29	<b>H</b> Allada	210
Cornicabra	89	Halm	506
Coroñilla de frayles	179	Herua crina	481
Coroñilla del rey	198	Herua de S.Lorenzo	468
Cofcoja	35	Hinieſta	206
Cuentas	330	Herden	120



Herden y ffox	153	Mouges	140
I Aro	304	Muscari	520
I lleto	59	Myrta	133
Iuhame	299	<b>N</b> Arciffo de Seuilla	254
Ionc marin	213	Narciffes	ibidem
Iujubier blanc	54	Nogueruela	442
Iunquerina	419	Nozelhas	280
Iunquillos blancos	254	Nozelhas pequenas	260
<b>L</b> Agrimas de Moyfen	499	<b>O</b> Cpatli	445
Larmes de nostre Dame	499	Oliuaftre	54
Lauro faluatico	84	Oliuier, oliue	47
Leche trezna	437	Oliuier fauuage	49
Lemerinha	120	Olipilla	171
Lentagine	84	Oliuo	47
Lentejuela	198	Oruale	402
Lentifco	65	Offuna	244
Lentifque	86	<b>P</b> Alomilla, palomina	374
Liege Bellonij	29	Paffeleurs	315
Linterna	59	Perdiguera	153
Lirio, lirio espadañal, lirios azules, lirio Illyrico, lirio blanco	254, 278, 280	Perlaro	55
<b>M</b> Açucas	280	Piadera	65
Madroño, madroños	78	Pie de borro	264
Maguey & Metl.	444	Pinçel	486
Mamay	17, & 19	Pino carax	39
Mañanilla	367	<b>Q</b> Virihuëla, queiro	120
Manta de nuestra Señora	299	Quiruëla, quiriuëla	149
Marifma	75	Quita meriendas	266
Mata	86	<b>R</b> Apontis	357
Matulera	380	Rafins de mar	186
Mifcainj	367	Recama	220
Merenderas	266	Retama	183, & 206
Miera	104	Reylla buey	278
Mierda cruz	174	Roble	19
Mijedicga	201	Romero	164
Moleffo	84	Romero marino	367
Molino	213	Rofella	138
Montan	315	Rofeta	406
			Ru-

Ruda	424	Tomillo falso	257
		Toñada	254
<b>S</b> Alengre	54	Tornafol	395
Salguedeiras	75	Toruisco	173
Sarilla	239	Trebol de prados	473
Sarrasine	325	Tuero	431
Sanguenho	59	Turmeruela	168
Sanguin blanc	59	Turmera	153
Scambrones	69		
Scoba	199	<b>V</b> Afillos	332
Scoba hedionda	367	Verdefilla	383
Scobas	206	Vermillon	35
Segullada	179	Villorita	260
Semper-noua	355	Vrs, vrgueira	120
Serbin	101	Vua de Perro	84, & 220
Siempre enxuta	179		
Sparto	504	<b>X</b> Aguarça	159
Spina borda	448	Xaguarço	164
Spino, Spino negro	69	Xara, Xarguna, Xaron & Xara- estepa	140, 157, & 159
<b>T</b> Amoxo	72	Xarueca	86
Tamujo, siue tamuexo	71		
Tamarisque	107	<b>Y.</b>	
Taray	ibidem	<b>Y</b> Erua de S. Guiteria	400, & 417
Terebinthe	89	Yerua puntera	122
Tetrahil	389	Yerua del quadrillo	153
Tibcadi	520	Yerua tora	199
Tomillo	234	Yniesta	206
Tomillo perruno	231	Yua Moschata	481

Historia Stirpium his duobus li-  
bris conscripta, auctore Carolo  
Clusio, nihil habet mali, aut S.  
Romanæ Ecclesiæ fidei contra-  
rium: quod attestor

*Sebastianus Baer Delphius  
Cathed. Ecclesiæ S. Ma-  
riæ Hantuerpien. Canoni-  
cus & Plebanus.*

ANTVERPIÆ

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS  
ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS, ANNO

CLo. Ico. LXXVI. QVARTO

KALENB. MARTII.

